HYMNORUM RECOGNITIO PER ANTONIUM NEBRISSEN. CUM AUREA ILLORUM EXPOSITIONE.

✠

IMPERIALI
Cum priuilegio.

APUD INCLYTAM GRANATAM.

1549

RECONTIO.

AELII ANTONII NEBRISSENSIS

Grammatici recognitio Hymnorum ad Salmanticēsis Academiæ Senatum ſapientiſsimum Fœliciter.

SI veſtris in me beneficijs. P.C. quæ fuerūt mihi ipſa varietate meorum temporum vel in proſperis rebus meis iucunda, vel grata in aduerſis, par ac mutua volūtas redderetur, nullū eſſet opus ab ingenio meo profectū, quod non veſtro potiſsimum noīe in vulgus exiret. Sed me huius rei cupidum prohibuit partim meus pudor, qui nihil adhuc videbar elaboraſſe, quod eſſet dignum ornatiſsimo iſto ordine: partim quod intelligebam ſtudia mea plæriſq; veſtrum fore ingrata, nonnullis etiam ſuſpecta & inuiſa. Itaq; continui meipſum, ne qua in re vellem obſeruantiam & pietatē meam erga vos declarare; moleſtus atq; odioſus eſſem. Nūc vero cum eſſet mihi in animo dare operam, quemadmodū nonnulli codices ex ſacris & eccleſiaſticis literis deprompti quã emendatiſsimi imprimantur, quos auditoribus meis legēdos proponerem, auſpicatuſq; eſſem ab hymnorum volumine, quod erat tum mendis, tum carminum confuſione deprauatum, viſum eſt hunc laborem meum ſplēdidiſsimo nomini veſtro dedicare. Nō q; me exiſtimem ex alieno opere ſola præfatione/aliquam bonã gratiam a vobis aucupari, ſed vt cenſuræ atq; iudicio veſtro ſubijcerem hanc emendationem meam, in quam ſum auſus nonnulla errata: quæ per omnes libros paſsim reperiuntur, ad lineam veritatis reducere. Quod ſi intellexero ſapientiæ veſtræ ſingulari hos labores meos eſſe non iniucūdos, neq; a me fruſtra ſuſceptos, aggrediar deinceps aliud opus, quod ſit & ingenij mei viribus, & autoritate veſtra magis dignum. Sed cuiuſmodi ſint errores, quos in hoc volumine deprehenderim, breui demōſtrabo. Eſt in principio operis mendum, quod libri omnes vno conſenſu arripuere: & quod nemo eſt (ſi modo purgatam habeat aurem) qui non fateatur eſſe vitium manifeſtarium in loco illo. Nos morte victa liberet, pro quo ego iurarem ab autore carminis fuiſſe ſcriptum

liberat: cum ordo ipse & contextus orationis hoc desideret. Nã hortatur nos / vt torpore somni excusso, ad orationẽ domi nico die surgamus, quo & mundus est cõditus / & Christus resurgẽs / nos morte victa liberauit. Nã liberat / hoc loco eo mõ positũ est, pro liberauit, quo in. iij. Vergilij positũ est, Omnis humo fumat neptunia troia, q̃ Seruius exponit pro fumauit. Neq; enĩ putamus aut optamus, vt liberet nos morte victa, cũ verborũ series sit in cõsequẽs, sed adducimus causam cur nobis tali die surgẽdũ sit, hoc est, qđ Christus resurgẽs morte victa nos liberauit, qđ et alio loco ecclesia canit. Qui mortẽ nr̃am moriendo destruxit, & vitã resurgendo reparauit. Prima nãq; hymni pars narratiua est, secũda vero deprecatiua, cum subditur, iã nunc paterna claritas. In eodẽ p̃terea hymno, & in alijs emẽdauimus pro paraclyto penultima breui paracleto penultima longa, & in eadem acentu acuto.

In sequenti hymno Iesu labentes respice; pro labentes labantes reposuimus ex ratione carminis, quæ in secundo versu habet iambum: quare non labentes cum primam labor laberis producat: sed labantes a labo labas, quod primam breuiat. Quod & Mamotrectus adnotauit.

Quod vero sequitur. Si respicis lapsos cadunt, contrarium dicit ei, quod petimus, quare legendũ potius si respicis lapsus cadũt, idest cessant, & tolluntur. sunt autem lapsus, loca lubrica, ad cadendũ obnoxia, Verg. ij. ẽn. pedibusq; rotarũ subijciũt lapsus.

Est præterea in quarto hymno scriptum. Pellat langorẽ, pro quo debere scribi angorem ex ratione carminis facile apparet. Nã quẽadmodum in apparatu diximus. Carmẽ est saphicũ; quod cõstat trocheo spondeo dactylo & duobus trocheis. Ex quo fit vt quamq; sensus indifferenter angorem & lãgorẽ posit accipere, ratio tamen carminis nullo modo langorem admittat.

Quod si dixerit quispiã rectius saluti (quã tribui petimus) languorem, quam anguorẽ opponi / Possem ego respondere poetam citius fuisse transgressurum leges elegantiæ, quam carminis: sed potius illud placet, angorem recte positum esse hoc loco: cum non multum distet a langore: cum sit angor (quemadmodum Cicero diffinit thusculanarum quæstionũ libro quar-

to, ægritudo premens, Langor vero ægritudo crucians.

In hymno Somno refectis artubus lucis labescat munere, lege tu labascat pro labescat quia(vt in superioribus diximus)labor labris, à quo est labesco labescis, primam producit. Labo labas, à quo est labasco. is. primam breuiat, quod hoc in loco desideratur: quia iambus est necessarius in secundo loco.

In hymno Splendor paternæ glorię. Casus fœcundet asperos: lege tu, casus secundet asperos, id est secũdos et prosperos faciat: non fœcundos, id est fertiles & copiosos, quod esset contrariũ ei, quod petimus. quum præsertim syllaba repugnet, quæ in secundo loco debet constituere iambum.

In hymno Telluris ingens conditor propulsis atq; molestis. Ex eadem ratione emendauimus pulsis aquæ molestijs, vt stet versus, habeatq; in secunda sede iambum. Nam moles aquæ prohibet terram esse stabilem.

In hymno Nox & tenebræ & nubila rebusq; iam color redit, sic legendum est, non calor, vt plæriq; omnes codices habent ex lectione originali ipsius Prudentij & ratione contextus: quia luce adueniente omnia recipiunt suum colorem: qui per noctis tenebras videri non poterat dicẽte Vergilio. Et rebus nox abstulit atra colorem.

Nox atra rerum contegit terræ colores: sic est legendum, non calores, vt statim diximus. in plærisq; codicibus legi/ nõ repugnãte ratione carminis, sed sensu & mente autoris.

In hymno Vox ecce clara intonat, ab æthere Christus promicat, lege æthra, vt stet ratio carminis, quę non recipit anapestum in tertio loco: cum pręsertim idem prope significat ęthra q̃ ęther.

In hymno O gloriosa domina, legendum fœmina non domina, tum ex lectione antiqua, tum ex ratione carminis, quod habere debet in tertio loco iambum, aut spõdeum/ non pyrrhichiũ. Et in eodem/ pro lactasti sacro vbere. lege/ tu lactas sacro vbere/ ex eadem ratione carminis.

In hymno Lustra sex, qui iam peracta, Agnus in cruce leuatur. lege agnus in crucis leuatur immolandus stipite. Vt sit ordo; agnus leuatur immolandus in stipite crucis. & stet versus, qui

alias:

alias claudicaret: qui debet habere trochęum necessario in tertia sede.

In hymno Sanctorum meritis. Calcarunt omnia. Legendum est calcarunt hominum: quoniam alias non staret versus. qui debet habere dactylũ in secundo loco Ex veteri librorũ lectiõe.

In hymno rex gloriose martyrum. Qui respuentes terrena. castiga tu terrea: quia debet esse iambus in quarta sede, neq; põt recipere longam in penultima syllaba.

In hymno Iste confessor. Hodie lætus, legendum hoc die lætus. Vt sit trocheus in primo loco, & nõ pyrrhichius, si hodie legatur. qui (vt diximus) non recipit spondeum, vel trochęum in quarto loco.

In hymno Iesu corona virginum. Quẽ mater illa concepit. Legendum concipit. vt sit præsens pro pręterito, & stet versus.

In hymno Virginis proles Legitur secreta scandere cęli, pro eo quod esse debuit sacrata scandere cæli. Nam cũ secreta primã pducat, esset spondeus in quarto loco, cũ debeat esse trochæũ.

¶Quid sit Hymnus, & vnde Carmen dicatur.

¶Hymnus interpretaẽ cãticũ, siue laus diuina: ab hymneo: quod græce est proprie Deos laudare: vnde Hymniferi dñr hymnos portantes.

¶Carmen, a canendo dici volũt: quod metris scriptũ est: quasi Canimẽ. Carmen dicitur vnum, vel duos, vel plures versus. Tota Aneis carmen heroicum appellatur. & carmen Bucolicum dicimus.

¶Carmen potius a carminãdo: hoc est deducẽdo lanã siue linũ dicitur. Deducere nãq; lanam, siue linũ: & huiusmodi: est nendo, aut carpẽdo extenuare. Iuuenal. Qui solet obliquo lanam deducere ferro. Colu mella per translationem de carmine dixit, Pierides tenui deducite carmina filo. & Ouid. Ad mea perpetuũ deducite tẽpora carmen. Verg. in Buco. deductũ ducere carmen: quod Seruius exponit. i. tenue. vt sit translatio a lana: quę ducitur in tenuitatem: vnde & carmen a carpendo siue carminãdo dictũ est. Ouid. i. de Ponto. vt tñ ipse vides ductor deducere versum. Macro. lib. vi. Vergiliũ. (inquit) deductũ carmẽ p tenui & subtili posuit eleganter. Põp. in Attellana. Vocem deducas oportet, vt mulieris videanẽ verba. Affranius. Pauculis verbis respo dit tristi voce deducta. Carmẽ cacometrum, dicitur a grãmaticis male mensuratum: quod in syllabarum quantitate peccat.

Carmen quandoq; diciẽ incantatio, vt illud, Carmina de cælo possunt deducere lunam.

Carmen famosum dicitur libellus infamatorius. ff. de testa. l. Is. Si quis (inquit) ob carmen famosum damnatur. Horat. ij. sermo. In quem cõdiderit si quis mala carmina, ius est.

¶ Sequitur Prologus hymnorum.

Hymnus dicitur laus Dei cum cantico. Quatuor fuerunt principales autores, qui hymnos composuerunt, scilicet Gregorius, Prudentius: Ambrosius, & Sedulius Sed quidam vir prudens nomine Hylarius, videns illos multos hymnos composuisse: dignum duxit quosdam in vnum colligere: & compendiose componere breuem & vtilem tractatum: in quo omnes hymni vtiliores maxime essent. Prima intentio fuit describere illos, qui cantantur in prima feria. & sic deinceps secundum ordinem. Vtilitas maxima est: vt perlecto libro cognitionem habeamus vnitatis & trinitatis, Supponitur theoricæ; idest diuinæ contemplationi.

¶ Sed quia mentionem fecimus de feria videamus quid sit feria. Feria est solennis dies. Beatus enim Syluester videns hebręos dicentes prima sabbati secunda sabbati, & sic deinceps. Similiter videns gentiles nomina suorum deorum vel stellarum posuisse vt dies lunæ, dies martis &c. Noluit imitari mores & sectam eorũ, scilicet hebręorum & gentilium, Sed loco huius inuenit hoc nomen feria. Sed in fine septimanæ seruauit sabbatum, quod fecit ad figuram: quia sabbatum interpretatur requies. Et nos per totam hebdomadam, idest per totum spacium vitæ nostræ, quod currit spacio septem dierum: debemus laborare; & niti summo conamine. vt perueniamus ad requiem & ad æternã beatitudinẽ. Vnusquisq; hymnus habet suam materiam. In illis qui sunt de nocte accipit materiam ipsum tempus, idest significationem ipsius temporis, scilicet, ut expellat a nobis tenebras ignorantiæ & vitiorũ; & informet nos virtutib⁹, & sancti spiritus charitate. In illis vero, qui sunt de die, accipit materiam ipsum lumen: & vult deprecari deum, vt quemadmodum illuminat nos sua claritate & splendore solis in corpore, sic illuminet nos sancti spiritus gratia in mente.

Antonius

¶ Antonius Nebriss. in vnū quodq; hymnorum genus.

¶ Carmen est dimetrum Iambicum archilochium monocolon orthometrum. Quod canitur ad horas nocturnas certis quibusdam diebus dominicis. Hortatur Christi fideles, vt excusso nocturni tēporis somno/ surgāt petituri admissi peccati veniā, & futuri præseruationem, & immortalis vitæ beatitudinem.

PRimo dierum omnium,
Quo mūdus extat cōdit⁹,
Vel quo resurgens cōditor
Nos morte victa liberat.

Pulsis procul torporibus
Surgamus omnes ocyus:
Et nocte queramus pium,
Sicut prophetam nouimus.

MAteria hui⁹ hymni est cōmendatio dn̄ici diei: & cōmendat eū per partes. hæc sunt partes: q mundus fuit cōdit⁹ eodē die quo Christus resurrexit: & per hāc cōmendationem beatus Gregorius vult ob dominici diei apicē, monere nos ad honorē ipsi⁹ de lecto mane surgere: & deum querere. Dn̄ic⁹ dies merito & cum discretiōe oīm dierum primus dicit: quia dicitur primus respectu oīm creaturarum. Tertius dicit respectu resurrectionis dn̄i: quia tertia die resurrexit. Octauus dicit respectu octaui diei: quia in die octaua oēs resurgere debemus ad æternā vitā. Et ideo querām⁹ in dn̄ico die, quo Christus resurrexit, ipsum Christū: vt a morte vitiorū ad vitā & gaudium sempiternum resurgamus in die iudicij: quo bona bonis, mala malis reddētur. Descensus fiat ad literā. Ego dico dominicum diem maiore esse alijs oibus: quia mundus fuit conditus: & Christus resurrexit eodem die: ergo habet primatum super alios. Ergo maior est alijs diebus. Locus est a partibus sufficiēter enumeratis vel a positione antecedentis. ¶ O fratres: omnes (surgamus in primo dierum omnium) idest in dominica die (ocyus) .i. citius quā in alijs diebus (quo) scilicet dominico die (mūdus extat cōditus) .i. factus (vel) pro & (quo die cōditor) .i. creator oīm creaturarū: iā (morte victa) .i. destructa: quia Christus moriēdo mortē nostrā .s. æternā destruxit: & vitam resurgēdo reparauit: & sic (resurgēs nos liberat) .i. liberauit ab inferno vel a potestate diaboli. Surgamus dico (a nostris torporibus) .i. peccatis & vitijs: & nō solum modo surgamus: sed queramus per obseruationem mandatorum (pium) .i. deum: in hac nocte (sicut nouimus prophetam) .s. Dauid deū quæsisse. sicut ipse ait Media nocte surgebā ad confitendum tibi: &c. Iterum. Lauabo per singulas noctes &c. Vnde in homilia beati Gregorij legitur de quodā: qui postq; aliquantulum soporis corpori suo dedisset, extra mediā noctē surgebat: & vigilās perorabat: qui tandiu hoc fecit: donec facta est vox de cælo a domino dicens. Peccatum tuum dimissum est tibi.

ANTONIVS. Nebriss. liberat non liberet, vt in omnibus libris scriptum reperies ratione ipsius ordinis & orationis contextus, quod tempus præteritum desiderat. Nam liberat pro liberauit positum est. vt superius in Autoris præfatione videri licet.

Surgamus inq̄ & q̄ramus piũ) vt audiat nr̄as p̄ces).i. orationes pro vitãdis vitijs & q̄rendis v̄tutibus (porrigat suã dextrã).i. auxilium (vt nos expiatos).i. absolutos & purgatos (sordibus).i.a vitijs, vel a sordibus vitiorum (reddat sedibus polorũ).i.cælorum & angelorum, idest ponat nos in cælo.

Nostras preces vt audiat,
Suamq; dextram porrigat;
Vt expiatos sordibus
Reddat polorum sedibus.

¶ Reddat inq̄ nos polorũ sedibus vt muneret supple nos (beatis donis).i.donis cælestibus (quiq;).i. quicũq; (psallim⁹).i.canim⁹ (ei) s. dño (quietis horis).i.horis noctis (in sacratissimo tẽpore) quo Christus resurrexit: tẽpore dico (hui⁹ diei) scilicet dñicæ vel (muneret in sacratissimo tẽpore huius dei).i.in die iudicij, qui dicitur sacratus, quia ibi bona bonis: mala malis redent̄. Sed quia superiora per nos habere nequimus: vertit se nunc ad filium, & monet nos: q̄ p̄cemur ipsum, quatenus omnis libido, oĩs macula: & alia mala facta a nobis remoueant̄.

Vt quiq; sacratissimo
Huius diei tempore
Horis quietis psallimus,
Donis beatis muneret.

¶ Iam postulamus te nunc o paterna claritas affatim) idest abũdãter (vt libido) idest luxuria & mala cõcupiscentia-libido dico (sordidãs) corpora nostra (& oĩs actus noxius) idest nociuus: idest omne malũ opus (absit).i.lõge sit remotũ: ne animatũ corpus sordescat Affatim alquando cũ vnico.f.scribitur. & est cõpositum ex a & fabile: quasi abunde: & nõ dicibiliter significet. & correpta ante penultima, si vero scribatur cũ duplici.ff.significat facũde.et ante penultima producit.

Iam nunc paterna claritas
Te postulamus affatim,
Absit libido sordidans:
Omnisq; actus noxius.

¶ Et iõ te postulam⁹ (ne fœda sit) idest sordibus plena (vel lubrica) id est labilis ad luxuriam (cõpago nostri corporis) idest coniunctio nostri corporis & animæ: quę tũc dicitur fœda, q̄n caro prȩest Virtuti: et ratio est pulchra: q̄n prȩdominatur corpori. vel deprecemur vt caro subeat mẽti (p̄ quã).s.cõpaginẽ (crememur) anima & corpore).i. cruciemur (acrius) idest valde acriter (ignibus) idest doloribus (auerni).i.inferni. Auernus dicit̄ ab a qđ est sine & ver veris qđ est delectatio quasi sine vere.i.sine delectatiõe. Auern⁹ est loc⁹ in inferno, vbi est sẽp̄ ignis: ĩ quo impij cremabunt̄, q in hac vita p̄ immũdiciã exarserũt.

Ne fœda sit, vel lubrica
Compago nostri corporis,
Per quam auerni ignibus
Ipsi crememur acrius.

Additio. Auernus. lacus est Cãpaniæ prope Baias Plutoni dicatũ. vbi introitus ad inferos patere credebatur: & dicitur quasi sine auibus. hoc est auib⁹ in accessus ob grauitatẽ odoris. Lucretius. lib. vi.
Principio: quod Auerna vocant: non nomen id ab re
Impositum est: quia sunt auibus contraria cunctis.

Ob hoc redemptor quæsumus,
Vt probra nostra diluas,
Vitæ perēnis commoda
Nobis benigne conferas.

¶Et quia timemus ne ignibus cremenur (o redēptor quæsumus).i. rogamus & cū desiderio quærim9 (ob hoc) idest ꝓpter hoc (vt diluas nr̄a ꝓbra).i.peccata: q̄ ꝓbrant: idest vituperāt & maculāt animā & corpus (& conferas).i.concedas nobis (cōmoda).i.vtilia perpetua. (perēnis vitæ) .i.æternæ gloriæ.

Quo carnis actu exules
Effecti ipsi cælibes,
Vt præstolamur cernui,
Melos canamus gloriæ.

¶Quo) ꝓ vt (exules) nos peregrini a cælesti patria (actu).i.operatiōe carnis: quēadmodū qui est alienus patria dr̄ exul & peregrinus: idest lōge remotus a pr̄ia: sic et nos per opa vitiosa & pc̄ta efficimur exules a cælesti pr̄ia (nos ipsi effecti) i.facti (cælibes).i. vitā virtuosam & cælestem ducētes (vt præstolamur) .i.expectamus & speramus (nos inq̄ cernui).i.inclinati & oculos sursum tenētes ad dn̄m (canamus).i. proferamus (melos).i.cātum ore & corde (gloriæ).i. ad honorem tuæ laudis. Bene enim cantant: qui a bonis operibus non cessant.

Præsta pater pijssime,
Patriq̄ compar vnice:
Cum spiritu paracleto.
Regnās per omne sęculū, amē.

¶O pijssime) qui piasti.i.mūdasti nos a vitijs (pater (.i.o creator & autor oīm rerū & (o vnice).i.o Christe fili dei viui: vnice dico (cōpar). idest ęqualis secūdū diuinitatē (patri) idest omnipotēti: in pugillo cælū & terrā cōtinenti (tu dico (regnās cum spiritu paracleto) idest cōsolatore (ꝑ omne sæculū).i.ante oia sæcula (p̄sta) .i.dona nobis ea: quæ supra orauimus (amen).i sine defectu. sine initio. & sine fine. ANT. Amē. Septuaginta interp. verterūt in genero hoc est fiat. Aquila vero in epistomenos. idest fideliter/ verbum ex fide deductum.

¶Carmen est, quale illud primo dierum. Canitur ad laudes matutinas certis quibusdam diebus dn̄icis, Et quia luce aduētante gallus canit, alludens ad illud, quod Iesus post tertium galli cātum Petrum respexit: condonationem peccatorum precatur,

AEterne rerum conditor
Noctem dieq̄ qui regis,
Et temporum das tempora,
Vt alleues fastidium.

¶Materia huius hymni est cōmendatio & laudatio altissimi dei oīm cōditoris: q ętern9 est.i. sine initio & fine. Et distingue: quid distat inter ęternū, ꝑpetuū, sempiternū, tp̄ale. Aeternū est qđ caret pricipio et fine vt deus. Perpetuū habet principiū cū tēpore & nō habebit finē: vt anima. Sēpiternū est, qđ nec habuit principiū sub tēpore: nec habebit finē sicut æternū. Tp̄ale est: qđ incipit cū tp̄e & habet finē: Vt corpus nostrū. Cōstrue (Eterne rerū cōditor).i. factor. Cōditor nomē est ỽba

q͞d cōponitur a do q͞d ꝓprie significat abscondo: quasi invnū interiorē locum do. Verg. Scandunt rursus æquū: & nota conduntur in aluo. Ponitur tñ aliqñ pro cōstruo quasi simul do. Salustius. Vrbē Romā: sicuti ego accepi condidere atq; initio habuere troiani. Significat etiā repono. Pli. Formicæ condunt ęstate fructus, quibus hyeme fruantur. Ponitur etiā ꝓcōpono. idē Pli. Opus cōdidit ꝑpetuo oībus legendū. Aliqñ etiā ꝓrecōdo ac sepelio: vñ sepulchrū, cōditoriū appellat. pli. Post cōditū monumento corpus. Idē. Tā rara in amicis fides tam parata obliuio mortuorū, vt ipsi nobis debeamus cōditoria construere, omniaq; hærēdum officio præsumere. A cōdo dicitur cōditio sed scribit̄ sine. c. q̄ est quædā dispositio & veluti sors fortunarū tēporū & etiā rerū. Cicero. O miserā cōditionē administrandi cōsulatus. Aurelius. Ea tēporū cōditio erat, vt ne cōqueri quidē de iniurijs fas esset (qui regis). i. disponis et gubernas (nocte) idest peccatorem vel diabolum (& qui regis diem). i. iustū (& das tēpora). i. diuersitates (tēporū). i. spaciorū huius vitæ (vt alleues fastidiū). i. remoueas laborē nostrū. Fastidiū a v̄bo fastidio fastidis deriuatur q͞d significat cū fastu quodā cōtēno: fast⁹ enim significat sup̄biā siue elationē cū quadā iactātia verborū & est quartæ declinationis. fastus aūt secūdæ declinatiōis est liber fastorū. Aeterni dei sapiētia vt hominis subleuaret fastidia, tēpora mira delectatiōe variauit. Nā si semper nox esset: homo defficeret & periret torpore & inertia ꝓpter tenebras: & si semp̄ dies esset: miser homo nimis laboris studio affectus etiā periret. Et ideo dñs misertus nostri: diei & noctis spaciū posuit & æternum, & tēporibus tēpora dedit subeuntia. Et nota q̄ quemadmodum anni sunt quatuor partes vel quatuor tempora: eodem modo homo cōstat ex quatuor elementis.

Preco diei iam sonat
Noctis profundæ peruigil,
Nocturna lux viantibus
A nocte noctem segregās.

(¶ Preco diei). i. Ioannes (vel preco diei). i. Christi (iā sonat). i. nunciat (diem). i. Christū. preco dico. (peruigil noctis ꝓfundę). i. inferni ꝓfundi (nocturna lux). s. ioānes, q ante lucē surrexit: vt luceret hoib⁹ qui erant in tenebras huius mundi (viantibus). i. volētibus ire ad Christum (& segregans, noctem a nocte). idest peccatum a peccatore: quia quos vult assumit: quos vult in suo sinit errore. Vel aliter cōstrue (Preco). i. dñs noster: qui est pręmiū suis (diei). i. patris (iam sonat). i. manifestat euāgelicā prędicationē per prędicatores suos: ipse dico (pręuigil). i. cognoscens (noctis profundæ) culpam & (nocturna lux) supple lucet (viātibus). i. præsenti ecclesia, quæ lucet in huius mūdi tenebris: & (segregans noctem). i. discernens vnam quamq; animā peccatricē agentem pœnitentiam de cōmissis (a nocte). i. ab illa peccatricæ anima: quæ ex toto corde deum reliquit: ita q̄ non vult eam venire ad pœnitentiam.

Hoc excitatus lucifer,
Soluit polum caligine.
Hoc omnis erronū cohors
Viam nocendi deserit.

¶ Hoc excitatus lucifer). i. quo domino prędicāte vl' Ioāne (lucifer. i. verus p̄dicator lucē diuinę gratiæ ferēs alijs, excitatus incq; (soluit polum caligine). i. animam fidelem ab omni nigredine vitiorū: & (hoc ois

erronum)

erronum).i.exercitus maligni diaboli(deserit).i.relinquit. Desero enim est idem quod relinquo: quasi non amplius hæreo. Terent. Si deseris nos tu: perimus. Hinc desertum locum appellamus inhabitatum, quasi ab hominibus derelictum viam nocendi).s.Iesu excitante & peccator currit ad portum i. ad Christum: vt ibi requiescat. & vires bonæ operationis ibi resumat, & propterea canente omnis deceptio diaboli, vel exercitus eius diluatur. Vel chorus.i conuenticulus erronum.i.hæreticorum deserit viam suam.i maledictam sectam (nocendi) i.faciendi alijs nocumentum vel impedimentum. Etiam Corus aliquando est ventus flans aduersus aquilonem, qui a græcis vocatur argestes sine h.

Hoc nauta vires colligit,
Pontiq; mitescunt freta,
Hoc ipsa petra ecclesiæ
Canente culpam diluit.

¶ Sicut nauta præ nimio dolore noctis fatigatus tendit ad portum, vt ibi recoligat vires aliquantulum requiescens: sic aia fatigata in nimio labore vitiorum & peccatorum tendit ad portum.i. ad christum per confessionem: vt ibi requescat & vires bonæ operationis recolligat. Construe (Nauta).i nauis ductor (colligit vires).i.virtutes (hoc).s. Deo (q;) pet. ipso Xpo (freta).i.ebulitiones vitiorum (ponti).i. huius mundi (mitescunt).i.mansuescunt. & hoc.s per Christum ipsum (petra ecclesiæ).i. Petrus qui est fundamentum ecclesiæ (diluit canendo).i flendo & pœnitendo (culpam).s.trinæ negationis: quia ter negauit dominum.

Surgamus ergo strenue,
Gallus iacentes excitat,
Et somnolentos increpat,
Gallus negantes arguit,

¶ Et quia gallus).i. Christus vel predicator nos excitat ad bene agendum (surgamus).s.a peccatis (strenue).i.festinanter (gallus excitat).i. commouet ad pœnitentiam (iacentes).s.in peccato lapsos vel existentes. & (gallus increpat).i.redarguit (somnolentos) idest in peccatis permanentes: quia sicut ille qui dormit, vagus & ineptus est ad omne opus: sic anima in peccatis manens inanis efficitur Deo. & (gallus arguit).i.reprehendit (negantes) idest nolentes surgere de peccatis.

Gallo canente spes redit.
Aegris salus refunditur,
Mucro latronis conditur,
Lapsis fides reuertitur.

¶ Gallo canente).i.prædicatore prædicante (spes reddit).i. fiducia recuperandi salutem redditur (& salus).i.vita æterna (refundit).i.largitur per pœnitentiam (ægris).i. peccatoribus (mucro latronis conditur).i. insidiæ diaboli, quæ vt mucro cædunt homines: et cruciunt animam æternaliter, & sic gallo canente (fides lapsis reuertitur) quod factum est in Petro.

Iesu labantes respice
Et nos videndo corrige.
Si respicis lapsus cadunt,
Fletuq; culpa soluitur.

¶ Et quoniam gallo canente spes redit. O Iesu saluator mundi (respice).s.mia tua (labentes) in peccatis ANTO. Labantes non labentes emendat ex ratione carminis, quod prima breuis est. & lapsus, non lapsos, quod est contrarium ei quod petimus. (nos videndo).i.miserendo (corrige).i.castiga nos (si respicis).i. misereris. (lapsos)

(lapsos) idest labentes: quia a peccatis resurgent (peccata cadunt) idest delentur (que) pro & (culpa) idest peccatum (soluitur) idest purgatur (fletu) idest lachrymarum gemitu.

Additio. Fletuque culpa soluitur. melius diceret: fletuque culpa vertitur. idest commutatur in veniam.

Tu lux refulge sensibus,
Mentisque somnum discute,
Te nostra vox primũ sonet:
Et ore psallamus tibi.

¶Et peccata cadunt (si respicis) i. remittunt. ideo (O tu lux) idest o tu Christe q es lux mũdi Ioannis primo illuminãs nr̃as mẽtes (refulge sensib9). i. illumina nr̃as mẽtes (& discute). i. remoue (somnũ mẽtis). i. peccatũ & torporẽ nostrũ & hoc ad honorem tuũ scilicet (vt nostra vox sonet (idest. i laudet (te) idest nomen tuum. o Christe (primum) idest maxime (& psallamus). i. applaudamus (ore) scilicet voce & corde (tibi). i. ad honorem tui.

¶Carmen est, saphicum endecasyllabum orthometrum monocolon tetrastophon. Canitur ad horas nocturnas certis quibusdam diebus dominicis Hortatur Christianos ad laudes diuinas, vt consequamur vitam æternam.

NOcte surgentes vigilem9 omnes:
Semper in psalmis meditemur, atque
Viribus totis dño canamus
Dulciter hymnos.

¶In hoc hymno nos hortando admonet Gregorius: vt quam diu in hoc mundo laboramus: ne nocti. i. pctõ subditi simus. sed cum omni studio ꝑexecutione bonorũ operũ vigilemus: qa si vigilia nr̃a soli deo intẽdẽdo fuerit prouida: ad aures dei ꝑcul dubio perueniet. Materia hui9 hymni est laudatio nominis dei: & ipsi totis viribus decantare laudes & hymnos intẽtio, vt surgamus de vitijs & adhæreamus virtutibus. Distingamus ergo sic. O fratres nos omnes surgẽtes nocte) id est de peccato (vigilemus). i. ꝑseueremus in dei laude (semper). i. sine fine (in psalmis). i. in bonis operibus (meditemur). idest perseueremus vigilãdo (& canamus). i persoluem9 (dño). i. saluatori nr̃o (dulciter). i. suauiter (hymnos). i. laudes. s. (totis viribus). i. animo & corpe. Vigilare eñ debemus sine fine: quia nescimus qñ veniet dñs an mane: an sero: an media nocte. Nocte dixit quia de nocte venit dñs. s. in nubib9. i. in velamine carnis: quia fuit quasi nox: qñ incarnatus fuit de beata virgine: quia deitas latebat in carne. & ideo nocte. i. in hac p̃senti vita vigilare debem9: & nõ tota nocte dormire: qa in nocte venit dñs. Vñ dr̃. Vigilate: quia nescitis diẽ neque horã. Et ideo vigelemus in ꝓsperis & in aduersis: nõ desidẽtes aut bona opa interrũpẽtes & omittẽtes lassemur: sed iugiter & indefesse Deo seruiamus. Vnde nõ qui inceperit: sed qui perseuerauerit vsque in finem, saluus erit. Inchoata enim virtus non proficit: nisi ad finem perducatur.

Vt pio regi pariter canentes,
Cũ suis sãctis mareamꝰ aulã
Ingredi cœli, simul & beatã
Ducere vitam.

¶ Canamꝰ hymnos, vt nos (canentes) .i. laudes ꝑsoluẽtes (pio regi) .i. Christo (pariter) .i. corpe et anima mereamur ingredi aulam cœli, idest regnum ęternæ beatitudinis (& ducere) .i. habere simul vitã ęternã: vel beatam. idest puram vel sanctam.

Præstet hoc nobis deitas beata
Patris ac nati paritercꝫ sancti
Spiritus, cuiꝰ reboat in omni
Gloria mundo.

¶ Dixi, ꝙ debemus canere pio regi: vt mereamur cœli ingredi ianuam (deitas beata) id est deus vnus scilicet pater & filius & spiritussanctꝰ (ꝑstet) .i. donet nobis oĩbꝰ (hoc) i. ea q̃ supra orauimꝰ (gloria cuiꝰ) .i. laus cuius deitatis (roboat) .i. resonat. Vergilius. Reboãt siluæcꝫ. & magnus olympus (in omni mũdo) .i. vbicuncꝫ: vnde dicitur. Quicquid in mundo fit, per ipsius fabricationẽ fit: scilicet domini: per quem deum & in quo sunt omnia. Omnia enim illi soli famulantur. Cælum & terram ego implebo, dicit dominus.

¶ Carmen est, quale illud nocte surgentes. Canitur ad laudes matutinas certis quibusam diebus dominicis. Christianos excitat sub lucem, vt dei misericordiam implorent.

ECce iam noctis tenuatur vmbra;
Lucis aurora rutilãs coruscat,
Viribus totis rogitemus oẽs
Cunctipotentem.

¶ Materia huis hymni est miseratio Christi, & cõtinuat hymno superius dicto sic, qui surreximus nocte: idest de peccato cauẽdo. Nox deponitur & ecce dies appropinquat: quia sicut illi: qui gallo canẽte in nocturnis horis iter disponit agere .i. inchoat. sic ille, qui in nocte huius mũdi ad cœlestia ire desiderat, gallo canente. idest prędicatore prędicãte surgit, & i er incipit per bonam operationem. Construe (Ecce vmbra) id est ignorãtia vel obscuritas (noctis) idest diaboli) iã tenuatᷣ idest annihilatur (aurora lucis) i. Christus patris cognitio. Aurora ab aura dicitur: quia tunc aẽr incipit splẽdescere. Aura enim splẽdorem significat. Verg. Discolor. vñ auri ꝑ ramos aura refulsit. Horatius. Tua retardet. aura maritos. Hinc aurũ deducitᷣ ꝓpter splẽdorẽ eiusdẽ metalli. Aliqñ etiã aura ꝓvẽto ponitur. Verg. At illi dulcis cõpositis spirabat crinibꝰ aura. Ponitur etiam pro afflatu & fauore. Idem. Nunc quocꝫ iam nimium gaudens popularibus auris (rutilãs) idest splendorẽ emittẽs (coruscat) idest splẽdet. Vnde. Verg. Pẽniscꝫ coruscãt .i. splẽdẽt. Et nota, ꝙ sicut aurora depellit noctem: sic Christus deicit diabolum, quia Christus est princeps nostræ humanitatis (aurora) idest Christus: quasi aureum colorem habẽs: quia coruscat: ideo (rogitemus oẽs) idest deprecemur. Rogitare verbũ est frequentatiuũ a rogo rogas & significat frequẽter & cum attentione rogare (viribus totis) idest cũ oibus viribus animæ & corporis (cunctipotentem) quia oĩa in sua potestate sunt.

Vt deus noster miseratus omnē
Pellat angorē: tribuat salutē:
Donet & nobis pietate pr̄is
Regna polorum.
Prēster hoc nobis &c.

¶ Vt deus noster misera us) nr̄i scilicet, quia miserēdo nos redemit (pellat) idest remoueat (omnē angorem) idest om̄e peccatū. Lāgor ꝓprie est idē qđ torpor & inertia. Vnde. Cice. Nihil aūt magis cauē- dū est, q̄ ne qs langori se desidiæq; dedat. Et pellendo peccatū (tribuat salutem) idest vitā corporis & ani- mæ: quia per dei gratiā non proprijs meritis vita datur. (donet ergo nobis pietate patris) idest ipsius misericordia (salutem) idest incolumitatem, aliquando tñ salus ponitur pro remedio Verg. vna salus victis nullam sperare salutē. Inde veniūt salutifer, salutaris & saluber. vel magis vsitate salubris, quod prębet sanitatem. vnde aerem, cibum, potu n, locum: multaq; huiusmodi dicimus salutifera salutaria & salubria (regna pollorum) idest aulam cælorum.

ANTONIVS. Pellat angorem sic legendum est, non langorem ex ratione carminis, quod facile apparet. est enim angor autore Cicerone in. iiij. lib. thusculan. quæstionum ægritudo premens. (Pellat inquā angorem) idest corporis & animæ cruciatum siue angustiam. ¶ Prēster hoc nobis. &c. vt in fine hymni tertij.

¶ Carmen est, quale illud primo dierum, Canitur hora diei prima orto iam sole. Monet nos petere a deo gratiam, vt per totum diem abstineamus nos a peccatis, vt posśimus illum rectius laudare.

IAm lucis orto sydere
Deū p̄cemur supplices:
Vt in diurnis actibus
Nos seruet a nocentibus.

¶ Materia huius hymni est deprecatio ad dominū vt orto sidere) i. Christo, dignetur nos segregare a vitijs: et nos induendo virtutibus repellat superbiā & nos faciat humiles, & quoniā vmbra noctis. i. peccatū recessit a nobis: ideo lux vera: idest Christus, corporibus nostris inhabitet. Cōstrue sic (sydere iā lucis orto). i. Christo nato: qui refulsit in mundo sicut sol iustitię: qui redimendo eripuit nos de tenebris & vmbra mortis. idest a peccato (nos supplices) idest humiles (precemur Deum) idest valde oremus apud deum (vt in diurnis actibus) idest asiduis bonis operibus (seruet nos a nocentibus). i. custodiat & ꝓtegat nos a pc̄tis & oib⁹ aduersis.

Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror insonet,
Visum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.

¶ Dico vt nos seruet a nocentibus gratia Christi (refrenans) idest cōpescēs linguā & tēperet eā (ne horror litis) idest cōtētio vel seductio diaboli (insonet). i. in nostra corda sonet (visum fouēdo cōtegat). i. nutriēdo & regulādo cōcupiscētias nostras: & visum sic protegat & dirigat (ne vanitates hauriat). i. ne videamus ea: quæ videnda non sunt. Et nō solum visus oculorum sit

mundatus

mundatus: sed etiam cordis: vt gaudium vanitatis non hauriamus: & in delectationibus & concupiscentijs non gaudeamus. Vnde dominus ait: Non mihi possunt viuere, qui nō sunt mortui mūdo. Aestimamus enim temere: si deo & mundo volumus perfrui Et alibi. Non est conuentio Christi ad Belial Diabolus enim & deus nō bene cōueniunt: nec in vna sede morantur. Et deus in euangelio. Nemo potest duobus dominis ser uire: deo scilicet & mammonæ. idest pecuniæ malæ acquisitæ & diuitijs. & nota, ꝙ inter amorē dei & huius mūdi est hęc differentia, ꝙ amor hu ius mundi in principio dulcis esse videtur: sed finem habet amarū. Vn de Ecclesiastes. Nouissima autem eius amara sicut absynthiū. Amor dei ab amaritudine incipit: sed vltima eius dulcedine plena sunt. Hęc est salu taris māsio: scilicet deus: hæc sunt tabernacula iustorum: in quibus vox lętitiæ & exultationis sonat semper: vbi beati habitabūt: cuius decorē ꝓpheta cōcupiuit: cuius habitationē optauit, cuius desiderio flagrauit.

Sint pura cordis intima:
Absistat & vecordia:
Carnis terat superbiam:
Potus cibiq; parcitas.

¶ Intima cordis sint pura: .i. munda a mala cogitatiōe (et vecordia) i. stultitia, quæ facit hominem vecordem esse (absistat) idest absit a nobis ꝓcul (q;) pro & (parcitas) .i. abstinētia cibi & potus (terat) idest minuat (superbiam carnis). i. peccatū et stimulos eius: quia nisi habeamus parcitatem cibi et potus, omnia in contrarium supra dicta no bis euenīēt: nec poterimus refrenare linguā nostram, nec nostra intima erunt pura sed sordida: & horror litis eis associabitur. & sic per hæc & cętera mala condemnabimur.

Vt cum dies abscesserit:
Noctemq; sors reduxerit:
Mundi per abstinentiam
Ipsi canamus gloriam.

¶ Vt cū dies (abscesserit) .s. a nobis per mala opera (q;) pro et (sors) .i. diuina dispēsatio, vel sors .i. diabolus: vel sol per sui absentiam (reduxerit noctem) i. peccatum. quia nil aliud est dies: quā illuminatio solis per aerē, vel aer sole percussus: (noctem inquam) idest peccatum nos per abstinentiam vitiorum (mundi) idest præsentis sæculi, purificati (canamus gloriam) scilicet sempiternā (ipsi) idest deo. Et quia nox recessit & dies venit. referamus gloriam deo: & hoc iure.

Deo patri sit gloria:
Eiusq; soli filio:
Cum spiritu paracleto:
Et nunc & in perpetuū amē.

¶ Referam⁹ gloriā deo et hoc iure dico: qa tot & tāta cōtulit nobis, qa peccatū ꝑcessit. & a morte liberauit nos, & ad vltimū nos in filios collocauit & suscepit. (Glia) .i. laus sit deo patri (q;) pro & (eius soli filio) .i. vnico Iesu Christo. & hoc (cum spiritu paracleto) idest cōsolatore. Spiritus sanctus dicitur cōsolator .i. aduocatus primus. ideo quia discipulorum corda: quæ fuerūt mœsta de morte Christi reddidit cōsolationi (et nunc) .i. in præsenti (& in perpetuum) .i. sine fine. Amen.

Carmen

¶ Carmen est, quale superius Canitur hora diei tertia. Quia vt Actuum Capite secundo scribitur, Spiritus sanctus sub specie ignis diffusus est in Christi discipulos. Itaq; & nos petimus, vt inflamati charitate deum & proximos amemus.

NVnc sancte nobis spirit⁹
Vnus patri cum filio
Dignare promptus ingeri,
Nostro refusus pectori:

¶ Materia huius hymni est deprecatio sancti spiritus: vt dignetur in pectora nostra descendere. quam scilicet deprecationem facimus in hora tertia. In hora tertia peccauit Adā in paradi o, propter quod peccatū inde eiectus est: ideo spiritui sancto facimus hāc orationem: vt sicut ab Adam per suggestionē separatus est: ita per eius correctionem nostro pectori ingeri dignetur. Et sicut inflāmauit apostolos hora tertia. sic dignetur ingeri in cordibus nostris vel infundi: vt mereamur deum vere laudare: & hoc est (O sancte spiritus) tu dico (prōptus) .i. paratus ad perquirendū & cōsolādū (q es vnus vel vnū. i. vnius substātię (prī cū filio) dignare (ingeri) .i. infūdi nobis (nūc) i. adhuc: sed iā dico tu (spūs refusus nr̄o pectori) .i. vt infūdas nobis spiritū sanctū: vel simus repleti te spiritu sancto, vt cōsequamur remissionē peccatorū. vel (vnus aut vnū patri cum filio) in essentia vel in potestate. ANTONIVS Nebriss. Vnū patri cū filio: non vnus, nā genus neutrum in diuinis dicit substantiā: vnus vero vel vna in genere masculino aut fœminino dicit personā: vt filius est vnū cū patre: nō tn̄ vnus. Et filius est alius a patre: tō tamen aliud.

Os, lingua, mēs, sensus, vigor,
Confessionē personent,
Flammescat igne charitas,
Accēdat ardor proximos.

Præsta pater pijssime. &c.

¶ Os et lingua pertinent ad corpus: mens vero ad animam: & sensus ab vtroq; procedit: & similiter eodē modo pertinet spiritus sanctus ad vtrunq;. s. ad patrem & filiū: qui ab vtroq; pcedit. Et tamē non tres dij: sed vnus est deus. Et nota, q in sole tria sunt. s. sphęra: claritas: & calor. sphæra solis naturaliter splēdēs est & calēs. Sūmus pater naturaliter sapiēs est & amās. Sphæra solis & splēdor & calor non sunt tres soles: sed vnus sol. Sūmus pater & sapientia & amor eius non sunt tres dij: sed vnus est deus. In sphæra solis ignea patrem intelligere debemus: in splēdore filium: in calore spiritum sanctum (Os, lingua,) idest corpus (& mens) idest anima (sensus) idest vterq;. s. corpus & anima (vigor) idest virtus (personent) idest credāt vel confiteantur (confessionē) idest trinitatē. s. patrē & filiū & spiritū sanctū esse vnum deum (charitas) .i. amor dei & proximi (flammescat) .i. ardeat in nobis (igne) supple sancti spiritus (ardor) suę charitatis (accēdat) id est illuminet spirituali amore (proximos) idest amorem dei desiderantes.
¶ Pręsta pater, quod reliquum est, in fine hymni Primo dierum exposuimus.

Carmen

¶ Carmen est, quale superius. Canitur hora diei sexta, quo tempore est maximus diei calor. Itaq; temporis occasione petit temperari in nobis choleram, quæ est iræ sedes.

Rector potēs / verax deus,
Qui tēperas rerū vices,
Splendore mane instruis,
Et ignibus meridem,

¶ Materia huius hymni sumitur ꝑ qualitates & diuersitates aeris & tēporis: ex hoc scilicet, ꝙ maximus calor solet esse aliqñ in meridie: & qñq; solet nocere animæ & corpori. Vñ deum rogare debemus, vt in nobis extinguat flāmas vitiorū nostrorū: & tribuat nobis suā charitatē in cordibus nostris. Et nō solū hora tertia deum rogare debemus: sed etiam sexta hora: in qua Adam eiectus fuit de paradiso per superbiā: vt, vñ per transgressionem fuit eiectus: illuc redeamus per bonam operationem Christo annuente: qui eadem hora in cruce positus fuit. O tu (rector) qui regis omnia (potēs). i. q potes omnia facere quæ vis: quia manus tua potentia: & in ea omnis potestas & fortitudo (verax deus) qui nunq; mētiris: qa tu ipse veritas es: & verax in verbis & promissis tuis quæ nunq; fallunt (qui temperas). i. qui mitigas (vices). i. vicissitudines rerum & (instruis mane). i. incipiētes bona opera facere (splēdore solis) idest lumine (& instruis meridiem ignibus). i. calore, scilicet charitate.

Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum,
Veramq; pacem cordium.

¶ Extingue flammas litium). i. suffoca calores mūdanarum tentationum: vel (extingue flāmas). i. mortifica in nobis flammas: idest ardores libidinis: vl' (litium). i. odiorū vel discordiarū: (aufer calorem). i. remoue amorē a nobis & appetitū: (noxiū). i. noxiarum rerū: quia tu bonus es calor & sol vitæ æternæ (confer salutem) scilicet nobis (corporum). i. animarū (q;) pro & (pacem cordium) idest animorum (veramq; pacem) idest non fictā.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum, Canitur hora diei nona: cū deus inuariabilis sit: dederit tamē temporibus lucis varietatem, petit: vt vesper, idest, finis vitæ nostrę sit lucidus & sine mentis perturbatione: vt in fide christi morientes vitam ęternam consequamur.

Rerum deus tenax vigor,
Immotus in te permanēs,
Lucis diurnæ tempora
Successibus determinans:

¶ Mataria huius hymni est, ꝙ non solū in hora sexta deprecandus & laudādus est deus: sed etiam in hora nona: in qua Iesus Christus migrauit de hoc mundo ad patrem: vt possimus trāsire de vitiis ad virtutes: et ad bonas operationes. (O deus tenax) a teneo tenes: qui omnia

tenes sub potestate tua & pietate (vigor).i. virtus (rerum permanēs in te immotus).i.non variabilis, quia nunq̄ in seipso mouetur (determinans) idest diuidēs (tempora lucis diurnæ) i.cotidianæ (successibus).i. quibuslibet distinctionibus.

¶Et quia hæc dicta facis (largire) .i.cōcede (clarū vespere).i.finē nr̄æ vitæ & exitū (quo) .p vt, nr̄a vita nusq̄ decidat) .i.non cadat in aliquo graui pctō (sed perennis glia) supple illa, quę est sine fine existēs. (præmium mortis sacræ instet).s.nobis per remissionem peccatorum. ANTONIVS. instet, sensus est, quod gloria perennis, appositione præmium mortis sacræ (instet).i.sequatur.

Largire clarum vespere;
Quo vita nusquam decidat;
Sed præmium mortis sacræ
Perennis instet gloria.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur hora vespertina commemorata lucis creatione, eiusq; officio instante nocte, per quam intelligimus peccatum ignorantiamq;. Petit gratiā, qua premuniamur a peccatis, & optemus æterna.

¶Materia huius hymni est inuocatio, quam facit btūs Gregorius ad dn̄m: vt sicut p̄cepit mane iūctum vesperi vocari diem: ita audiat preces nostras: & cōmendet diē dn̄icū per opus, qđ cotidie factū est & in eodē die: vt ibi. Fiat lux & facta est lux (O optime creator lucis).i. filij tui vel angelorū (.pferēs).i tribuēs (lucē).i.filiū tuū (dierū).i.aplōrum tuorū: q dies vocātur (parās originē).s.qn̄ dixit. Fiat lux.i.initiū (nouæ lucis primordijs mūdi) i.apl̄i: qui lux mūdi interp̄tant. Vñ dicitur. Vos estis lux: in ista vita illustrantes oia. Vos estis sal terrę condientes morū temperantiā: ipsi apl̄i pastores sunt populorum, oia cōseruantes.

LVcis creator optime
Lucē dierum proferens,
Primordijs lucis nouæ
Mundi parans originem,

¶Et tu (q p̄cipis mane iūctū vespi vocari diē).i.diē et noctē: q est dies naturalis, vnde dictū est Factū est vespe et mane dies vn9, vel aliter tu qui p̄cipis mane iunctū vespi vocari (diē).i. deitatē iunctā carni nr̄æ, quę obscura est: vt vesperū (vocari diem (idest Christum, qui est verus deus (tetrum chaos) idest nox & peccatum & obscuritas vitiorum (illabitur).i.cadit in nos, & ideo (audi preces).s.nostras (cum fletibus).i.cū desiderijs lachrymarum.

Qui mane iunctum vesperi
Diem vocari precipis,
Tetrum chaos illabitur;
Audi preces cum fletibus,

¶Dico audi p̄ces nr̄as, et quare? (ne mens).i.aia nr̄a sit pōderata (crimine).i.pctō vitiorū, & hoc est qđ dicit (ne mēs grauata).i.pōderosa vl' oppressa (crimie) i.pctō (sit exul) .i. alienata (munere) .i. dono æter-

Ne mens grauata crimine
Vitæ sit exul munere,
Dum nil perenne cogitat,
Seseq; culpis alligat;

næ beatitudinis(vitę).i.christo,qui est vita(dum mens nil perenne co-
gitat).i.perpetuum,(sed alligat)idest illaqueat sese culpis vitiorum.

Cælorum pulset intimum,
Vitale tollat præmium.
Vitemus omne noxium.
Purgemus omne pessimum,

¶Ergo & nos debem⁹ accipe christū vel æternā beatitudinem, & vt hoc fiat mēs(pulset).i.ingrat(intimū cęlorū).i.xp̄m(toliat).i.acquirat(vitale p̄miū).i.ęternā btitudinē,ergo(vitem⁹ oē noxiū).i.oē peccatū q̄tū ad corp⁹(purgem⁹ oē pessimū).i oē peccatū quātū ad animā.

Additio. Et nota q̄ omne pessimum nō dicitur latine:teste Valla. quia omnis nunq̄ iungitur superlatiuo sed positiuo & comparatiuo,vt omnis sapiens vel sapientior:ideoq̄ dicendū erat pessimū quidq̄ secundum medios latini sermonis autores.

¶Carmen est,quale illud Primo dierum.Canitur horis diei completis Implorans diuinam tutelā·petit ne per noctis insomnia lemures mentibus nr̄is incursantes occurrant.

TE lucis ante terminum
Rerum creator poscimus,
Vt solita clementia
Sis præsul ac custodia.

¶Materia huius hymni est deū deprecari in inceptiōe noctis vt sicut depcamur deū in inceptione diei: vt custodiat nos per totā diē: ita in inceptiōe noctis: vt nos custodiat per totā noctē deū deprecamur(O rerū creator poscim⁹).i petim⁹ te(ante terminū lucis) i.anteq̄ de mundo exeamus vel anteq̄ dies recedat: (vt sis pręsul).i.custos vel speculator,ac custodia,vel sis pręsul(ad custodiam).i.ad custodiendam animā.

Procul recedant somnia,
Et noctium phantasmata:
Hostemq̄ nostrū cōprime,
Ne polluantur corpora.

¶Dico sis pręsul ad custodiam: vt (p̄cul recedāt somnia).i.lōge sint a nobis & remotę illusiōes dæmoniū vel prauæ delectationes carnis: & (phātasmata noctiū) i. occultæ deceptiōes vł suggestiones & noctiū appariciones.i.malignorum spiri-
tuum.Nox diuiditur in sex partes.s.sero siue vesper,conticiniū, intem-
pestum,gallicinīū,crepusculū,mane.Sero est quādo nox imminet,illud.
s.tempus quod sequitur solē occidentē,quod etiā vesperus dicitur ab il
la stella post solē oriēte.Conticiniū est hora,qn̄ homines cubitum per-
gunt Intēpestū est qn̄ nihil operant̄,& est cōis hora quiescēdi oim̄,me
dū tēpus inter gallicinīū & cōticinium.Gallicinīū est qn̄ galli emittūt
voces.Crepusculū est qn̄ dubiū est inter diē & noctē. Mane est qn̄ auro
ra apparet,&(cōprime nostrum hostē).i.diabolū vel carnem ,(ne cor-
pora nostra polluantur).s.malo vel corporali pollutione

¶Carmen est cacometrum,simile tamen dimetro iambico.Canitur in quadragesima horis diei cōpletis, Petit ne per instantis noctis tenebras illudamur, & quietem nobis placitam tribui.

¶ Materia hui9 hymni est, ꝙ deprecare debemus deum: vt det nobis quietam noctem, & defendat a pfido hoste: & oculi sic somnum capiant: ꝙ cor semper ad deũ vigilet. (O christe q es lux). s. ãgelorũ & illuminator oim sanctorũ. Unde ipse dixit. Ego sum lux mũdi (& dies) idest Christus, qui illuminat oẽm diẽ & parat oẽm lucem: cũ aũt mirabile sit: quia sicut pater est lux, & filius & spũsſctũs sit lux, nõ tñ tres luces, sed pater & fili9 & spiritussctũs vna & inseparabilis est lux: sicut in hac dictione q̃ est lux sunt tres literæ & vnus sonus: cui ad significationem ipsius sensus aliquid addi vel minui nõ potest: sic quoq; cũ tres personæ sint: est vna deitas, cui naturaliter addi vel minui nihil potest. Non enim deus tres luces est: quia si verũ esset: iam lux vna nõ esset: nam quicquid corporaliter diuidi potest in illa substantia: quæ diuersitatem patitur: nõ potest dici vnum: & (detegis). i. aperis (tenebras). i. versutias (noctis). i. diaboli (ꝗ) p & (crederis lumen lucis). i. patris: tu dico (prędicans). i. permittens apostolis (beatum lumen). i. spiritum sanctum.

CHriste, qui lux es & dies,
Noctis tenebras detegis.
Lucisq; lumen crederis
Lumen beatum prędicans,

¶ O sancte dñe). i. qui dñaris (p̄camur). i. rogam9 te: (defende). i. ptege nos a vitijs: & ab insidiatoribus nostris. i. dæmonibus: qui vt leones rugiẽtes circuunt quęrẽtes quẽ deuorent: vt ait apostolus (in hac nocte). i. ĩ p̄senti vita & (reques sit nobis in te) idest requiescamus tecum in cęlesti regno: & (tribue). i. concede (noctem quietam) idest tranquillam & securam.

Præcamur sancte domine,
Defende nos in hac nocte.
Sit nobis in te requies.
Noctem quietam tribue.

¶ Ne grauis somn9) idest ne graue peccatũ vel delectatio peccati (irruat). i. opprimat nos (nec hostis) idest diabol9 (surripiat). i. fraudulenter decipiat nos (nec caro) nr̃a (illi cõsentiens) scilicet diabolo in pctõ (nos reos statuat). i. faciat esse culpabiles tibi. i. domino: quia dñs noster es secundum naturam.

Ne grauis somnus irruat,
Nec hostis nos surripiat,
Nec caro illi consentiens,
Nos tibi reos statuat.

¶ Quãuis dico, ꝙ grauis somn9 nõ irruat: tñ nõ dico ꝙ oculi somnum nõ capiant, immo aliquantulum capiãt: vt hi (oculi somnũ capiant). i. aliquãtulũ capiãt, vt corp9 refocillet (cor. i. mens, semp vigilet ad te) & o tu dñe (dextera tua). i. auxiliũ tuũ (ptegat famlos). s. q te diligũt.

Oculi somnum capiant;
Cor ad te semper vigilet,
Dextera tua protegat
Famulos, qui te diligunt,

¶ Defensor noster aspice). s. nos (et reprime insidiantes). i. dęmones q semper insidiantur nobis: et qa maligni spũs semper sunt parati insidiari nobis et nocere: et animas iu

Defensor noster aspice,
Insidiantes reprime,
Guberna tuos famulos:
Quos sanguine mercat9 es.

gulare: ideo petimus, vt Deus eos reprimat & restringat, ne nocere valeant. Est notãdũ ꝙ maligni spiritus tres habent habitatiões. s. in inferno, in aere: & in terra. Illi, qui in terra manent, diuiduntur in duob⁹ partibus: & vocantur laruę & larues, laruę in nocte lædunt, larues autẽ in die. (guberna). i. rege nos tuos famulos (quos mercatus es). i. redemisti tuo sanguine. Et nota ꝙ diu per peccatũ serui fuimus: modo per Christum liberi facti sumus: quia nec auro corruptibili, sed proprio sanguine suo nos redemit.

Memento nostri domine
In graui isto corpore:
Qui es defensor animæ,
Adesto nobis domine.

¶Et quia sumus redempti sanguine dñi: ideo non debemus voluptati nostræ satisfactionẽ facere, sed pceptis eius ꝓ salute nostra nosmet ipsos onerare & iugiter applicare. Vnde Dauid. Præceptum domini lucidum illuminãs oculos. (O domine memento nostri in graui isto corpore). i. corruptibili: qui es defensor animæ: o tu domine (adesto nobis) idest esto ad defensionem nostram.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas feria secunda. Alludens ad illud Genesis primo: ꝙ aquæ superiores ab inferioribus sunt distinctæ, Petit vt lumine fideli illustremur.

IMmense cæli conditor:
Qui mixta ne cõfunderet,
Aquę fluenta diuidens,
Cælum dedisti limitem.

¶Materia huius hymni est inuocatio quam facit autor: vt quẽadmodum Christus aquas ab aquis in secunda die separauit, partem in terra reliquit et partem in cęlo attulit propter nimietate aquæ, ideo quia terra confusa erat: & ne calor solis dissiparet res mundanas: ita diuidat mẽtes nostras a malis operibus. Sed quæritur cur partem attulit in cælum: & ad quid cælum igneum est. Ignis leuis materiæ est, & ideo si non inter posuisset aliud elementum puta aquam, ignis totam terram leuiter cõbureret. Et si quęratur qualiter aquæ manent super ignem. Augustinus dicit, ꝙ fortitudo ignis aquam coagulat & constringit. Item quæritur, si cælum mobile est & rotundum: quomodo aquę manẽt sursum. Ambrosius dat hoc exemplũ: quia multa corpora exterius sunt rotunda, quæ interius sunt quadrata & sic potest esse cælum. Cælestes namq; naturæ igneæ sunt. Vnde spiritus dicitur purus æther quia rogus. i. ignis. Vnde nisi vnda superioris & inferioris aquæ etherem siue ignem temperaret, totam terram incenderet & ruptam in puluerem dissiparet. (O christe conditor immense). i. sine mensura cæli (qui diuidens fluenta aquæ). i. aquarum cursus ne cõfunderet mixta). s. super faciem terræ. i. cõfusionem faceret (cælum dedisti limitem). i. terminum inter aquas superiores & inferiores.

¶ Tu dico firmās locū inter aquas cęlestes & aquas terrestres (cęlestibus).i.angelis vel aqs.&(simul riuulis terrę).i.fluminib9 vel pctōribus(vt vnda).i.aqua(tēperet flammas).i.ignē firmamēti:ne flāmę dissipent(solum terræ).i. soliditatem.

Firmans locum cælestibus,
Simulq; terræq; riuulis,
Vt vnda flammas temperet,
Terræ solum ne dissipent.

¶ O tu pijssime(infunde nunc).i. in præsenti(donū perennis gratiæ).i. spūssancti(ne error).i.idolatria,vł originale peccatū(vet9).i.antiqu9 (atterat) idest, conterat nos (casibus nouę fraudis)idest,hæresis vel diaboli,nouæ dicit:quia nullus alius peccauerat per originale peccatū.

Infunde nunc pijssime
Donum perennis gratiæ;
Fraudis nouæ ne casibus
Nos error atterat vetus.

¶ Fides(.s.nostra inueniat lucē tuā o Christe)& inueniendo(ferat iubar).i.splendorem(luminis).i.spiritus sancti, & ferendo iubar tribuat se nobis:(hęc).i.fides(terreat cuncta vana).i. cunctam prauitatē hæreticam(nulla falsa comprimāt).i.deprimant(hanc).s.fidem.

Lucem fides inueniat:
Hæc luminis iubar ferat:
Hæc vana cuncta terreat:
Hanc falsa nulla cōprimant.

¶ Carmen est quale illud Primo dierum. Canitur secunda feria ad horas nocturnas. Hortatur nos, vt surgamus ad orationem, qua Deum confiteamur, & peccatorum veniam petamus.

¶ Materia huius hymni est,qđ debemus surgere de lecto(.i. de pctō & depcari deū vt dimittat nobis pctā nr̄a.s.pſentia:pterita:& futura. Cū facimus inuocationē ad deū patrē: sic debem9 dicere. O deus pater(refectis artubus somno).i.sensib9 nostris repletis in mūdana delectatione(surgamus spreto cubili).i.ipsa delectatiōe,qa postq̄ fuerint mēbra nostra refocillata somno & reparata virtute,debemus cū indignatione spernere:& ad dei seruitium festinare:& tūc deus aderit nobis(deposcimus).i.depcamur(te adesse).s.pſentē(nobis canētibus).i. laudantibus.

Somno refectis artubus
Spreto cubili surgimus,
Nobis pater canentibus,
Adesse te deposcimus.

¶ Et ideo nō solum corde:sed etiam lingua te depcamur,o domine (lingua nostra cōcinat).i.laudet te(primum).i.maxime super omnia (ardor).s.amor mentis nostræ(ambiat(.i.desideret te:& ad quid?(vt tu sancte pater sis exordiū).i.principiū nostrorū actuum sequentiū: vt omnis nostra actio a te semper incipiat;& per te incepta finiatur.

Te lingua primum concinat,
Te mentis ardor ambiat,
Vt actuum sequentium,
Tu sancte sis exordium.

Cedant

Cedant tenebræ lumini,
Et nox diurno syderi.
Vt culpa (quam nox intulit)
Lucis labescat munere.

¶ Tenebræ.i.vitia et pctã (cedãt).i. locum dent (lumini) .i.christo (& nox) supple cedat (diurno syderi) .i.soli (vt culpa) .i. pctm (quã nox intulit nobis).i.diabol9 (labescat) .i.euanescat (munere).i.grã (lucis) idest christi, vel spiritus sancti.

¶ A N T O. Labescat, immo labascat: nam labesco prima longa est. Labasco vero breuis: quod hoc in loco desideratur, quia in secundo loco iambus est necessarius.

Precamur idem supplices,
Noxas vt omnes amputes.
Vt ore te canentium,
Lauderis in perpetuum.

¶ Nos supplices).i. humiles (precamur idẽ).i.illud.& ad qd? (vt amputes).i.auferas (omnes noxas).i. omnia peccata & vitia, vt lauderis in perpetuum ore canentium te.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur feria secunda ad laudes matutinas. Aduentãte luce, filium, qui est splendor patris, deinde patrem ipsum multa petens, implorat,

Splendor paternæ gloriæ,
De luce lucem proferens,
Lux lucis & fons luminis,
Dies diem illuminans,

¶ Materia huius hymni est pr̃is & filij & spũssancti credulitas. & q tãtum pater sit in filio: & fili9 in patre: & spũs sanctus ꝓcedẽs ab vtroq;: & per hanc credulitatẽ rogam9 (vt cõfirmet) i.conferat nobis suã gratiã: vt sit nobis cibus & potus, (O christe q es splẽdor paterne gloriæ).i.pr̃is ꝑ quẽ glorificaris profe rens lucẽ) i.spũ sanctũ (de luce).i.de patre: vel (ꝓferẽs).i.manifestãs (lucem).i teipsum æternã lucẽ venientẽ in hunc mundũ de luce paterna (O lux).i.filij (lucis).i.patris: & (fons).i.origo luminis vl' spũssancti tu dico dies (illuminãs diẽ).i.illos quos prædicatiõe apl'orũ facis illuminari.

Verusq; sol illabere,
Micans nitore perpeti,
Iubarq; sancti spiritus
Infunde nostris sensibus.

¶ Et tu o christe q es (verus sol illabere).i.descẽde (micãs nitore ꝑpeti).i.ꝑpetuo lumine æterno (infunde).i.mitte (iubar).i.splẽdorẽ spũs scti (nr̃is sensib9).i.nr̃is mẽtib9: & nõ solũ vocem9 filiũ, sed te patrẽ.

Votis vocemus te patrem,
Patrem perennis gloriæ,
Pater potentis gratiæ
Culpam releget lubricam.

¶ Et nõ solũ vocem9 te filiũ sed votis vocem9).i.pcemur cũ desiderio, vocem9 inq; te patrẽ pennis gl'iæ).i ꝑpetuæ: quia infinita est, & vocemus, vt pr̃ potẽtis grãe (releget) i. restringat vel mittat in exiliũ (culpam lubricã).i.libidinẽ, quæ facit hoiem cito labi de bono ad malũ.

¶ Dixi inuocemus: & quare? vt pater (informet). i. cōponat act9 strenuos). i. honestos s. bōas operationes (& retūdat). i. frangat (detē). i. fortitudinem (inuidi). i. diaboli. & quemadmodū aliquis mordet escā: ita diabol9 mordet & seducit christianos operando mala in eis (& secundet). i. faciat prosperos (casus nostros asperos). i. castigando nos pijssime faciat secundare (donet nobis gratiam gerendi) idest patiendi eosdem casus asperos.

Informet actus strenuos,
Dentē retundat inuidi,
Casus secundet asperos,
Donet gerendi gratiam.

ANTO. Emendauit secundet: nam si legas fœcundet, vt in hoc loco scriptum reperimus contrarium esset ei, quod petimus, sicut iam a principio annotatum est.

¶ Modo cōuertit se ad fideles: quasi dicat: fili9 infundat in nobis iubar sancti spiritus: & actus nostros dirigat & (gubernet mentem). i. animam nostram, (& regat) eam castā in fide catholica (fideli corpore) sanctæ ecclesiæ, vt (fides nostra ferueat). i. ardeat (calore). i. charitatis vel amore spiritussancti (nesciat venena). i. hæreses (fraudis) idest diaboli.

Mentem gubernet & regat
Casto fideli corpore.
Fides calore ferueat:
Fraudis venena nesciat.

¶ Vt mens sit nescia fraudis (Christus sit nobis cibus) idest prædicatio Dei: quæ reficiat nos, idest mentes nostras, vt cibus reficit corpus & hac comestione, idest prædicatione habeamus potum, idest fidē. Fides est charitas prædicationis (q:) pro & Christus sit cibus cælestis (& fides). s. catholica sit noster potus (læti). i. alacres vel hilares (bibamus sobriam ebrietatem). i. temperatam. s. infusionem spiritussancti: vt nos seruet a peccato. Et ebrietas spiritus est sobria. i. temperata et modesta: quia homines inflammat amore Dei: et seruat ab amore peccati: quia sicut ille, qui est ebrius, obliuioni tradit omnia: nec recordatur: sic qui plenus est spiritusancto vel gratia spiritus sancti: omnia mundana obliuiscitur.

Christusq; nobis sit cibus,
Potusq; noster sit fides,
Læti bibamus sobriam
Ebrietatem spiritus,

¶ Hic dies). i. præsens vita (læta trāseat) idest exterminet (lætus dies) idest Christus adueniat ad nos (& pudor) idest castitas sit (vt diluculum) idest vt aurora luceat.

ANTONIVS. (vt diluculum. alludit potius ad auroræ colorem purpureum: qui pudorem & pudicitiam significat: cuius custos est pudor siue rubor: fides sit velut meridies: & ferueat amore spiritussancti sicut meridies feruet: & (mēs crepusculum nesciat) idest peccatum: quia crepusculum est lucis, idest diei finis & noctis principium.

Lætus dies hic transeat:
Pudor sit vt diluculum,
Fides sit vt meridies:
Crepusculum mens nesciat,

Aurora

Aurora cursus prouehit:
Aurora totus prodeat,
In patre totus filius:
Et totus in verbo pater.

¶ Aurora) idest pater (puehit cursus) idest ducit filium suum ad sui superiora (aurora prodeat). i. manifestetur totus in substantia deitatis: quia filius in substantia deitatis totus est in patre (& pater totus in verbo) idest in filio: quia totus vnus est Deus.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur feria tertia ad nocturnas horas per noctis tenebras, Pet.t a christo: qui est vera lux, vt ignorantiæ tenebras & somni desidiam a nobis discutiat.

Consors paterni luminis/
Lux ipse lucis/ & dies,
Noctē canendo rumpimus:
Assiste postulantibus.

¶ Materia huius hymni est resurrectio noctis: & sicut nos surgendo rumpimus noctem: ita christus surgendo rupit mortē. i. vicit peccatum: vel sicut dies adueniens noctis vmbram effugat, sic adueniēte vero lumine, scilicet christo, ipse christus vitiorum, idest peccatorum tenebras effugauit: & totum mundum illuminauit. O christe (cōsors) idest æqualis vel conscius eius naturæ: quia est pater: quia vnum est nomen patris & filij & spiritus sancti (paterni luminis) tu inquam Christe consors luminis (tu ipse lux) dest filius lucis, idest patris: & dies dierum vel omnium luminum (rumpimus noctem) idest peccatum (canendo) idest laudando te. Et ideo (assiste postulantibus) te cum precibus.

Aufer tenebras mentium:
Fuga cateruas dæmonum,
Expelle somnolentiam,
Ne pigritantes obruat.

¶ Aufer tenebras) idest ignorātias mētium nostrarum (fuga cateruas dæmonum) idest turbas malignorum spirituum (expelle somnolentiam) idest animæ pigritiam: ne illa somnolentia, idest peccatorum dormitio vel negligētia (obruat) idest, precipitet (pigritantes) idest in peccatis dormientes.

Sic christe nobis omnibus
Indulgeas credentibus:
Vt prosit exorantibus:
Quod p̄cinentes psallimus,

¶ Sic) .i. taliter) o christe idulgeas) idest miserearis (omnibus credentibus nobis, vt quod p̄cinētes) .i. laudantes (psallim9 ore) scilicet & corde (prosit exorantibus) idest proficiat nobis deprecantibus.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria tertia. Quia queādmodū gall9 nos a somno excitat, ita & christus a socordia, Deinde christi misericordiam implorat. Hic hymnus est Prudentij clementis ex libro, qui ab illo inscribitur cathemerinon, idest per horas diei ad gallicantum.

A Les diei nuncius
Lucem ꝓpinquã p̃cinit,
Nos excitator mentium/
Iam christus ad vitam vocat,

¶Materia huius hymni est exhortatio Christi ad nos: vt surgam⁹ a vitiis & adhęream⁹ virtutibus, & p̄mittit exemplũ alitis.i.galli. Sicut eñ galli cantus nos excitat vel vocat ad diem venientẽ. sic Christus excitat mentes nostras & vocat nos per scripturas sacras ad opera virtuosa prænuncians q̃ꝫ in proximo est venturus, eius vero aduentus temporis ignoratur. Vnde bene dicit̃. Surgite & vigilate, quia nescitis diẽ neq; horã. &c. (Ales).i.gallus (nuncius diei precinit).i.prædicit (lucẽ).i.diem nobis propinquam (christus excitator mentium) nostrarum (vocat nos ad vitam iam).i.iam ad se vocat nos.

Auferte clamat lectulos
Aegros sopore desides,
Castiq;, recti, ac sobrii,
Vigilate: iam sum ꝓximus.

¶Christus (clamat).i.vocat & p̃cipit nobis dicẽs (auferte).i.relinq̃te lectulos, dicẽs (o desides).i. pigri relinq̃te (lectulos ęgros).i.carnalitatem vel corda ṽra (sopore).i. pc̃tõ irretitã: aut insequẽtes libidinẽ. Et vigilate (casti) nõ petulãtes (recti) nõ tortuosi (sobrii) nõ ebrii. Et bene debetis facere hoc: quia ego (christus iam proximus sum) vobis. Vel secundũ aliam literã. O (casti) anima & corpore: & o (recti) verbo & opere (sobrii).i.temperati cibo & potu: vigilate: iam sum proximus.

Iesum sciamus vocibus
Flentes precantes sobrie.
Intenta supplicatio
Dormire cor mundũ vetat;

¶Et q̃a christ⁹ est ꝓxim⁹ o fratres (sciam⁹).i.vocem⁹ (Iesum) vos dico (flẽtes p̃cãtes).i.cũ fletu rogãtes illũ (sobrie).i.cum sobrietate sine omni fœditate (intẽta supplicatio) idest assidua deprecatio (vetat cor mundum dormire).i. in aliquo mortali peccato manere.

Tu christe somnum discute,
Tu rumpe noctis vincula,
Tu solue peccatum vetus,
Nouumq; lumen ingere.

¶O tu christe (discute).i.dissipa, vl' (discute).i.diuide (somnũ).i.pc̃m vel diabolum, ne nos decipat (& tu rũpe) discutiendo (vincula noctis).i.diaboli vel pœnas inferni quę dñr nox: vt nos non decipiant (tu solue pc̃m vet⁹).i.originale (& ingerere).i.immitte (nouũ lumẽ).i. sp̄m sc̃m q dr̃ nouus: q̃a eiiciẽdo a nobis vetera pc̃ta nos renouat lumine gratiæ.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas feria tertia. Quo die, quia terra protulit herbã virentem, petit nostra peccata gratiæ vigore mundari.

T Elluris ingens conditor,
Mundi solum, qui eruens
(Pulsis aquę molestiis)
Terram dedisti immobilẽ:

¶Materia hui⁹ hymni est dep̃catio, quã facim⁹ ad deum: vt sicut de⁹ p̃fecit cælũ et terrã, & diuisit superiora ab inferiorib⁹, ita sua pietate nr̃a pc̃ta dimittat: & sicut dedit terram immobilẽ, vt faceret fructum gratum: ita faciat mẽbra nr̃a acceptabilia ad fructificãdũ sibi. (O ingẽs conditor

ditor telluris).i.toti9 orbis (q eruēs).i.diuidēs (solum mūdi ab aquis) .s.inferiorib9 & a supiorib9 atq;) p &.dedisti terrā immobilē, & hoc (pulsis molestijs).i.elemētis q valde molesta erāt, dum inter se essent cōfusa.i.simul mixta. ANTO. Pulsis aquæ molestijs, non ppulsis atq; molestijs, vt mendose hucusq; legebat, qd iam superius ad notatum est.

Vt germen aptum proferens/
Fuluis decora floribus/
Fœcunda fructu sisteret:
Pastumq; gratum redderet.

¶ Vt illa terra.s. (pferēs).i.pducēs (germē aptū) i. cōgruū hoib9 (sisteret).i.pmaneret (fœcūda).i.abūdāset fertilis (fructu).s.acceptabili: Illa dico (decora).i.speciosa (fuluis florib9).i rubeis & albis (q;) p &. (redderet gratū pastū).i.cibum acceptabilē tam hoibus q; pecudibus.

Mentis perustæ vulnera/
Munda vigoris gratia:
Vt facta fletu diluat,
Motusq; prauos atterat,

¶ O christe (munda).i.purga (vulnera pustę mētis).i.pctā vel flāmas aię peccatricis, et hoc (grā vigoris) .i.spūsancti (vt diluat facta).i.emēdet pctā cōmissa (fletu).i. gemitu, (q;) pct (atterat).i.auertat (prauos mot9).i.refrenet nr̄os prauos act9.

Iussis tuis obtemperet,
Nullis malis approximet,
Bonis repleri gaudeat,
Et mortis actum nesciat.

¶ Et mēs illuminata (obtēpet iussis tuis).i.obediat mādatis tuis. (et nō approximet).i.nō accedat vl' appropinqt (malis vilis).s.opib9: sed gaudeat impleri bonis operib9 (& nesciat actum mortis).i.non cognoscat mortale pctm̄, vel pœnas inferni.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas feria.iiij. Surgentibus per noctis somnum ad cōfitendum Christo/ petit peccatorum condonationem.

Rerum creator optime,
Rectorq; noster aspice,
Nos a quiete noxia
Mersos sopore libera.

¶ Materia hui9 hymni est inuocatio ad deum: vt dignet criminibus nr̄is ignoscere: vt sicut surgim9 de lecto & rūpimus noctē: sic christ9 rūpat pctā (O optime creator oīm rerum & o rector noster aspice nos).i.libera nos (a quiete noxia) quia quæ carnē oblectāt: noxia sunt sanctæ animæ: nos dico (libera).i.redime (mersos).i.obrutos (sopore).i. peccato.

Te sancte christe poscimus,
Ignosce tu criminibus.
Ad confitendum surgimus,
Morasq; noctis rumpimus,

¶ Tō (poscim9).i.deprecamur te: o (sctē chrē ignosce).i.parce culpis oīb9.i. (ignosce criminib9, nr̄is oīb9 (surgim9) de virtute i virtutē.s. cōfitēdo pctā (& rūpimus moras).i. impedimēta (noctis).i.diabo.i.

Mentes manusq; tollimus,
Prophetam sicut nouimus,
Nobis gerendum præcipit:
Paulusq; gestis censuit.

¶ (Tollimus) i. subleuam9 (mētes) .i cogitatiōes (& man9).i. opationes (sicut nouim9 pphetā).i.dauid (q pcipit).i.iubet (nobis gerēdū) idest faciendū dicēs. Media nocte &c. (Et Paul9 cēsuit).i. scripturis suis indicauit dicēs, Hora est nos iā de somno surgere (gestis).i.factis.

¶O deus (vides malũ qđ gessim9) .i.fecim9: & ideo (pãdimus occulta nr̃a).i.pctã.s.per cõfessionẽ (gementes).i.suspirãtes fundimus tibi preces, & ideo (dimitte).i.dona (qđ peccauimus).i.deliquimus.

Vides malum, quod gessimus;
Occulta nostra pandimus:
Preces gementes fundimus,
Dimitte, quod peccauimus.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria quarta. Hymnus est Prudentij ex libro qui cathemerinõ inscribitur.

¶O nox).i.diabole &c. Nox aliqñ accipit̃ p ira, p tpe, p diabolo, & p obscuritate. et ideo (o tenebrę).i.o pctã (& nubila).i.discordiæ hæreticorũ (& turbida mũdi).i.turbationes & seditiões (cõfusa).i. pmixta (discedite).i.recedite: quia sicut nox diem: sic pctã iusticiã: & diabolus christum fugit. Recedite inqꝫ & bene debetis: quia (Christ9 existẽs lux intrat) mentes fidelium (polus).i.corpus (albescit).i.nitescit bonis operibus, quid dicam per singula: (christus venit).s.in corda nostra.

NOx, tenebræ, & nubila;
Confusa mũdi & turbida
Lux intrat, albescit polus,
Christus venit, discedite.

¶Caligo terrę).i.obscuritas nostra (scindit̃).i.diuidit̃, vel secreta hæreticorũ. caligo dico (percussa spiculo solis) aspectu christi.i.diuino verbo, & (color).i.vigor spũssancti q recessit pptei præsentiã tenebrarũ (iam reddit) animab9 nostris) vultu nitentis syderis) idest splendore spiritus sancti. qui est verus sol. ANTO. Emendat etiam color pro calor, vt plærique omnes codices habent, vt superius in præfata præfatione dictum est.

Caligo terræ scinditur
Percussa solis spiculo,
Rebusqꝫ iam color reddit
Vultu nitentis syderis.

¶O christe nouimus te solũ) redẽptorẽ & illuminatorem (te) & nõ aliũ (pura mẽte & simplici).i. sine hypocrisi (quæsumus flendo) peccata (& canendo).i laudãdo te (intende).i. præbe assensum, (nostris precibus).i.intentionibus.

Te christe solum nouimus,
Te mente pura & simplici
Flendo & canendo, q̃sumus;
Intende nostris sensibus.

¶Multa).i.multę virtutes (sunt illita nobis).i. iũcta.l.vncta (fucis).i. falsis coloribus. Fucus dicit̃ falsus color, qui mixtus inter veros colores obfuscat eos: quæ omnino (purgentur tua luce).i.tuo splẽdore, bene dico tua luce, quia o tu christe es lux (eoi syderis).i.oriẽtalis, scilicet patris: & ideo (illumina nos sereno vultu).i.claritate spiritussancti.

Sunt multa fucis illita:
Quæ luce purgentur tua,
Tu lux eoi syderis
Vultu sereno illumina.

Carmen

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad horas vesptinas quarta feria, in qua sol et luna creati sunt, Itaqꝫ illorum officia commemorat: petitqꝫ cor nostrũ illustrari.

CAeli deus sanctissime,
Qui lucidũ centrũ poli
Candore pingis igneo/
Augens decoro lumine,

¶ Materia hui9 hymni est laus: quã cõsona voce.s.corde & opere tenemur deo ꝑsoluere. ideo scilicet: qa ad vtilitatẽ nr̃i oĩa cõstruxit & fecit vt cęlũ & terram & multa alia. Primo fecit cęlum & terrã: postea mare: quarta die solẽ & lunã. &c. Itẽ vt ad brauiũ suæ remuneratiõis nobis pateat accessus p̃terita & præsentia dimittẽdo peccata: nos ad sui amorẽ faciat peruenire. (O sctissime de9 cęli qui pingis).i.decoras (lucidũ polli centrũ).i. spaciũ vel punctũ poli, vel zodiacũ per quẽ signa decurrũt: zodias animal interpretatur: centrum est medietas sphere, hic posuit centrum pro cælo.i. partem pro toto (igneo candore).i.splendore. tu dico (augens decoro lumine).i.claritate scilicet centrum poli cum pictura.s.claritate stellarum.

Quarto die qui flammeam
Solis rotam constituens,
Lunę ministrans ordinem,
Vagosqꝫ cursus syderum,

¶ Tu qui cõstituẽs rotis solis flammeã).i.ardentẽ quarto die. Notandũ est ꝙ per quatuor dies mũdus sine sole ꝑmãsit. Prima die facta est angelica creatura. Secũda die cælũ & aer. Tertia die terra & aqua. Quarta die sol & luna. Quinta die pisces & aues. Sexta die animalia & homines. (Et tu es ministrãs).i. tribuẽs ordinẽ lunæ (& vagos).i.varios (syderũ cursus).i. stellarũ motus: quia nõ currũt cursu eodẽ semp stellæ: vel quantũ ad planetas est vagus cursus. Alius est enim cursus lunæ: alius cursus solis: alius syderũ.

Vt noctibus vel lumini
Directionis terminum
Primordijs, vt mensium
Signum dares notissimum,

¶ Et quare? vt luna daret (terminũ directionis).i.separatiõis vel diuisionis noctibus, vl' etiã lumini diei (vt daret notissimũ signũ primordijs) idest principijs mensium: quia mensis habet triginta dies: paulo plus vel minus.

Illumina cor hominum,
Absterge sordes mentium.
Resolue culpæ vinculum,
Euerte moles criminum.

¶ Et quia tu fecisti hæc omnia: illumina cor hominum: & (absterge sordes) idest prauas cogitationes mentium nostrarum: resolue culpæ vinculũ: euerte moles criminũ) idest magnitudines peccatorum.

¶ Carmen est quale illud Primo dierum, Canitur ad horas nocturnas feria quinta. Petimus a Christo per noctis tenebras, vt animi caligine excussa, lumen gratiæ nobis infundat.

¶Materia huius hymni est rogare deum, vt ipse caligine mētis ac corporis a nobis expellat. Rogamus etiā in hoc clementiā dei, vt nos defendat ab hoste antiquo, & expellat intrinsecam obscuritatem, idest mentis & corporis caliginem, & sui luminis claritatē concedat. (Atra nox).i.diabolus vel peccatū (contegit).i.obtenebrat (colores omnium rerum terræ) quia noctis obscuritas omnia contegit, & colores herbarum & cæterarum rerum in suis profundis tenebris obducit & sepelit. ANTONIVS. Colores legit nō calores: nā ratio carminis, sensus, & mens ipsa autoris repugnāt. Sed cum hoc sit nunc, ꝙ lucē syderis habeamus in mēte & hoc in medijs noctib9.i.qn̄ mūd9 sedet in tenebris: & plus semper crescunt incendia carnis: surgamus confitentētes deū.s. iudicē cordiū nostrorū. Et rogemus iudicē vt auferat a nobis caliginē peccatorū, & det nobis suæ gratiæ dulcedinē. Et ideo cū (nox atra cōtegit).i tenebrosos reddit (colores) oīm rerū terræ (nos confitentes) tibi peccata nr̄a (poscimus te).i.poscimus ea quæ sunt vitæ, scilicet misericordiā. te dico (o iuste iudex cordiū).i. animarū nostrarū. & quare? vt

Nox atra rerum cōtegit,
Terrę colores omnium:
Nos confitentes poscimus
Te iuste iudex cordium.

¶(Tu auferas piacula).i. grauia peccata (& abluas mētis sordes) idest suggestiones diabolicas q̄ pungūt nos, & (o Christe dones grām (.s. sanct: spiritus (vt crimina arceantur) id est expellantur.

Tu auferas piacula:
Sordesq; mentis abluas.
Donesq; christe gratiam:
Vt arceantur crimina.

¶Dico ꝙ expellant crimina & quare? (quia ecce mens impia).i.peccatrix (torpet).i.pigrescit (q̄ .s.mētē culpa noxia).i.mala (mordet).i.ligatam tenet, & mens (gestit).i.cupit (tollere) idest depellere a se (obscura).i.peccata. & gestit te quærere o redemptor.

Mens ecce torpet impia:
Quā culpa mordet noxia;
Obscura gestit tollere:
Et te redemptor quærere.

¶Et quia gestit te (repelle intrinsecus).i.ex aīa (caliginē).i. cęcitatem peccati (quā maxime).i.multū, vt illa mēs (gaudeat se collocari in beato lumine).i.in ęterna beatitudine.

Repelle tu caliginem
Intrinsecus quā maxime.
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria quinta, veniente luce. Petit a nobis abigi tenebras peccatorum: cum maxime habeamus iudicem cuncta cernentem.

¶Iste Hymnus continuatur cum superiori hymno, sed intentio versus est hæc.s.ne oculi peccent. Nox vsq; modo texit colores terræ: sed modo discedit, quia (ecce lux au-

Lux ecce surgit aurea:
Pallens fatiscat cæcitas,
Quæ nosmet in preceps diu
Errore traxit deuio.

rea).i.euangelica prædicatio(surgit)in corda nostra,& ideo(omnis cę citas pallens).i.diabolus(fatiscat) .i.euanescat, quia cæcitas (traxit).i. duxit(nosmetipsos in præceps).i.in ruinam vel in præcipitium (diu) .i.multum deuio errore.

Hęc lux serenum conferat:
Purosq; nos præstet sibi,
Nihil loquamur subdolum,
Voluamus obscurum nihil.

¶Ex Prudentio in libro cathemeri non dixit, ꝙ lux surrexit, & ideo. (Hæc lux conferat nobis serenũ).i. virtutem spũssancti, & (p̃stet nos puros).i.donet nobis puritatẽ aïæ (sibi).i.ad honorẽ suum, & hoc sic (vt nihil loquamur subdolum).i.deceptiuũ (& nihil voluamus obscurum) idest nullum cogitemus peccatum.

Sic tota decurrat dies:
Nec ligua mẽdax, nec man⁹,
Oculi ne peccent lubrici:
Nec noxa corpus inquinet.

¶Tota die).i.totũ tempus vitę nr̃ę (decurrat sic) vt nõ loq̃ndo subdolũ(nec lingua mẽdax sit).i.ne dicat mẽdaciũ(nec man⁹ peccẽt) .i nõ faciant,aut operentur aliquid mali. (nec oculi lubrici peccẽt).i.vidẽdo & cõcupiscẽdo illicita (nec noxa) .i.culpa (inquinet).i. non polluat corpus nostrum.

Speculator astat desuper:
Qui nos diebus omnibus
Actusq; nostros prospicit
A luce prima in vesperum.

¶Et nolite peccare : quia (speculator(.i.dñs(astat).i.prospicit desuper).i.de cælo(qui nos omnib⁹ diebus).i.cotidie,&(actus nr̃os prospicit).i. videt & considerat (a prima luce).i.a natiuitate(in vesperum).i.vsq; in noctem:hoc est mortem.

¶Carmen est,quale illud Primo dierum. Canitur ad horas vepertinas feria quinta. Quo dic,quia ex aqua pisces & aues creata sunt, petit vt non deprimamur peccato,nec extollamur superbia.

MAgnæ deus potentiæ:
Qui ex aq̃s ortũ genus
Partim remittis gurgiti,
Partim leuas in aëra,

¶In hoc hymno cõtinet quid deus fecit in quinto die s.creauit pisces & aues ex aqua, & ipsorũ quæ ex aqua fecit,partim immisit gurgiti vt pisces,partim leuauit in aëra: vt aues. Creauit quoq; cæte grandia: benedixitq; eis dicens. Crescite & multiplicamini & replete aquas maris,auesq; multiplicent super terrã. Pisces & aues de aqua sunt orti, sed aues nõ comedunt in omni tẽpore, Vt pisces,qḋ ideo fit, quia aues per coitũ generãtur,vt nos generamur quod non est in piscibus, quia sunt calalioris naturæ. Intendit etiã autor rogare deũ,vt nos qui sumus abluti sacro baptismate,sic seruet,vt nesciamus lapsus criminũ, & vt mala culpa,nõ deprimat nos. i.criminalia pctã(O deus magnæ potẽtię qui remittis genus).i.pisces & aues,genus dico (ortũ ex aquis).i. ex aqua baptismatis(partim gurgiti(.i.in mari.i. in inferno, vt pisces i. malos homines(& leuas partim in aëra(vt aues).i. bonos homines, quasi dicat. Sicut in aere aues collocasti,ita in cælo homines vel sanctos.

Dimersa lymphis imprimens,
Subuecta cælis irrogans,
Vt stirpe vna prodita,
Diuersa rapiant loca.

¶ Tu dico (imprimens) .i. submergens (dimersa) .i. deorsum mersa: vt pisces. i. malos homines (lymphis) .i. aquis infernalibus (& irrogans) .i. subleuans (subuecta) .i. sursum vecta: vt aues. i. puros hoies (prodita) idest orta (vna stirpe) .i. vno baptismate renati (rapiant) .i. accipiant (diuersa loca) vt aera: & aquam: idest vitam æternam: & æternam damnationem.

Largire cunctis seruulis,
Quos mūdat vnda sāguinis,
Nescire lapsus criminum,
Nec ferre mortis tędium.

¶ Et tu q oīa fecisti (largire) .i. tribue hoc. s. (nescire lapsꝰ criminū). i. casum illū: qui ī baptismo dimissꝰ est (cūctis seruul') tuis (quos vnda sāguīs) .s. tui (mūdat) a pc̄tō (nec) p & nō (ferre) .i. portare vl' habere (tædium mortis) .i pœnā diaboli.

Vt culpa nullum deprimat,
Nullum leuet iactantia,
Elisa mens ne concidat,
Elata mens ne corruat.

¶ Ad hoc largire (vt culpa) .i. graue pctm̄ (nō deprimat) .i. aggrauet vllū christianū (& iactātiā) .i. supbia de bōis (nō leuet) .i. nō extollat vllū (& mēs elisa) .i pcussa vl' vulnerata a vitijs (ne cōcidat) .i. nō incidat in desperationē (ne) p & non (elata mens) .i. inflata per superbiam (corruat) .s. in infernum.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum, Canitur ad horas nocturnas feria sexta, Petit a deo medicinam peccatorum iam præteritorum: & antidotum: quo præmuniamur ab instantibus peccatis.

TV trinitatis vnitas,
Orbem potēter q regis,
Attende laudum cantica:
Quę excubantes psallimus.

¶ In hoc hymno nos hortaī autor de somno surgere: & medelā vitiorū q̄rere. Intēdit etiā in hoc hymno ipsam trinitatē laudare & inuocare: p quā mūdus regiī, vt impleat nos suo lumine, vt quicquid peccauimus fraude dæmonū: ipse christus abstergat cælitus. O tu vnitas) .i. o tu sancte sp̄s qui pcedis a pr̄e & filio (trinitatis) vnꝰ deus in trinitate (qui regis) .i. qui gubernas (potēter) .i. potētia tua orbē) .i mundū (intende) .i. respice vel ausculta (laudū cantica) .i. carmina hymnorū nostrorum. quæ cātica (excubantes) .i. vigilātes. (psallimus) idest cantamus.

Nam lectulo consurgimus
Noctis quieto tempore,
Vt flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.

¶ Nam cōsurgimꝰ oēs (lectulo) .i. desidia. Lectulꝰ dicit ab electis & mollibꝰ herbis, sup quas antiq req escebāt (qeto tp̄e) .i. horis noctis, et ad qd? (vt flagitemꝰ) .i. imploremus (a te medela oīm vulnerū) .i. indulgentiā omnū peccatorū nr̄orū.

Quo fraude quicquid dæmonũ
In noctibus deliquimus,
Abstergat illud cælitus
Tuæ potestas gloriæ.

¶(Quo).p vt, & vt potestas gloriæ tuæ .i.tuæ laudis (abstergat) idest abluat(cœlit9).i.diuinit9 (illud) s: pctm, & (quicquid) .s. vitiorum.i. pctõrum (deliquim9).s. fraude vel deceptiõe dæmonũ peccauimus (in noctibus) .i.in tenebris vitiorum.

Nec corpus adsit sordidum:
Nec torpor instet cordium,
Nec criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.

¶(Nec)pro & non(nr̃m corpus adsit sordidum).i.pollutũ vel fœtidũ (nec torpor).i.pigritia vel malicia: (cordiũ) nr̃orũ .s.(instet).s. nobis & (ardor spũs).i.amor vl' gr̃a spũs sctĩ(nec tepescat) .i. non deficiat in nobis(cõtagio).i.ꝑpter maculã.vel inquinationẽ(criminis).i. peccati: Vt amor tuæ gr̃æ nõ deficiat in nobis(ob hoc).i.ꝑpter hoc, o redemptor(q̃sum9).s.te(reple nos tuo lumine).i splẽdore:ꝑ qd lumẽ nõ ruamur vllis actibus).i. non cadamus vllis peccatis(circulis dierum).i.in reuolutionibus dierum.

Ob hoc redemptor, q̃sumus,
Reple tuo nos lumine.
Per quod dierum circulis
Nullis ruamur actibus.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas feria sexta. Quia iam lux solis aduentat Petit vt illustremur diuina luce, quo permaneam9 in spe, fide, & charitate.

ÆTerna cęli gloria/
Beata spes mortalium/
Celsi tonantis vnice/
Castæq; proles virginis:

¶Materia hui9 hymni est ĩuocatio ad Christũ filiũ beatæ Mariæ virginis, vt dignetur nobis suã miam tribuere & dexterã porrigere. vt mereamur corroborationẽ fidei, spei, & charitatis obtinere. (O christe tu dico: æterna gl'ia cœli).i.angelorũ: vel quia pater per te glificatur, & (o btã spes mortaliũ).i christianorũ, & o (vnice celsi tonantis).i. cælestis pr̃is scdm diuinitatẽ, et(o ples).i.fili(castę virginis)s. dm humanitatẽ.

Da dexteram surgentibus:
Exurgat & mens sobria.
Flagransq; in laudem dei
Grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer:
Sparsamq; lucem nunciat,
Cadit caligo noctium:
Lux sancta nos illuminet.

¶(Da dexterã).i auxiliũ tuũ nobis surgẽtib9 a vitijs: & ita mẽs nr̃a (sobria).i.abstinẽs exurgat .s.ad laudẽ tuã(q;),p et illa(flagrãs).i ardẽs (in laudẽ).i.in cõmemoratiõnẽ dei (repẽdat).i.psoluat(dbitas grates) s.in hymnis et cãticis deo oportẽti. ¶(Lucifer).s.stella matutina i. christus nat9(refulget: & nũciat mũdo lucẽ sparsam).i. natã & vndiq; dispersam, & vere nunciat, quia (caligo noctium).i. obscuritas diaboli

(cadit).i.recedit,& ideo(lux sancta).i.christus: qui est lux sanctificata (nos illuminet)lumine spiritussancti,& sanctificet nos:& saluet nos.

¶Et ipsa lux manēs).i. pmanēs(in nr̄is sensib9).i.in nobis:q habemus quinq; sensus corpis(repellat a nobis noctē).i.diabolū(scl'i huius).i. mūdi: & illa lux (seruet pectora nostra) purgata a vitijs (oī fine diei) idest omni tempore vitæ nostræ.

Manensq; nostris sensibus
Noctem repellat sæculi,
Omniq; fine diei
Purgata seruet pectora,

¶Fides q̄sita)a nobis.s.ī baptismo (iā primū).i.cito:ideo dicit primū: quia fides prima cognominat inter virtutes: in illo loco: vbi dicit Fides,spes &c.(radicet).i. ponat radices(sensib9 nr̄is altis)idest pfundis (secūda spes).i.pspera,per quā spem speramus vitam(cōgaudeat).i.simul lętetur:& crescat(qua)scilicet spe & etiam fide (charitas extat maior)iuxta illud apostoli.Maior autem horum est charitas.

Quæsita iam primum fides,
Radicet altis sensibus,
Secunda spes congaudeat,
Qua maior extat charitas.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum, Canitur ad horas vespertinas feria.vi.Quo die, quia bestiæ & reptilia cum homine creata sunt,ppter hominem, purgari a peccato,& donari æternis præmijs,petit,

¶In hoc hymno cognoscit illud: qd' fecit de9 in sexta die/creatis si quidem oīb9 reptilib9.s.piscib9,auib9, & alijs bestijs. sexta die formauit Deus Adā:& pfecit eū oīb9 aīalib9, dicens.Crescite & multiplicamini: & replete terrā:& dn̄amini piscib9 maris, & volatilibus cœli:& vniuersis:q̄ viuūt sup terrā.Posuitq; eū in paradiso deliciarū:vt oparet:& custodiret illū.Intēdit itaq; autor rogare Deū:vt sicut fecit hoīem supiorē cūctis animātib9:sic faciat:vt nō sit inferior aīalibus ppter pctā sua. Querit cur Deus hoīes creauit: quos malos futuros pscieba: qa sicut puidit:quid mali essent facturi:sic etiā puidebat de malis factis eorum, quid boni ipse facturus esset:vel quid boni hoīes essent facturi. O deus plasmator).i.creator(hoīs).s.Adę)qui sol9 ordinās cūcta).i.disponens (iubes pducere).i.pcreare pmittis(humū).i.terrā:vel(humū).i.ecclesiam.s.bonos & malos hoīes.Eccl'ia est cōgregatio fideliū (gen9 reptantis)vt serpētū (& ferę).i. bestiarū.

Plasmator hominis deus:
Qui cūcta sol9 ordinans/
Humum iubes producere,
Reptantis,& feræ genus,

¶Et o tu Deus:qui fecisti (dictu iubentis).i.verbo tuo pcipiētis(magna corpora).i.iumēta,pecora: bestias oīm specierū diuersarū (viuida).i.aīata (& subdēs).i. supponēs

Qui magna rerum corpora
Dictu iubentis viuida/
Vt seruiant per ordinem,
Subdens dedisti homini,

illa nimalia (dedisti homini, vt seruiãt p ordinẽ).i.vt oĩa aĩalia supposi-ta sint hoi, q̃dã vt hoĩes illa ederẽt.s.boues, oues, lepores, & porcos: et ta-lia: & alia. vt illis vterẽt: et illa eq̃tarẽt: et equos vt mulos, & sic de cęteris.

Repelle a seruis tuis
Quicquid p immunditiã,
Aut moribus se suggerit,
Aut actibus se interserit.

¶ Et o Deus (repelle a seruis tuis q̃c quid suggerit).i.infert se (p immũdiciã).i.p aliquã supfluitatẽ: culpã vel turpitudinẽ: vel per sordidã co-mestionẽ (aut moribus).i.p prauã cõsuetudinem: vt cũ aliquis, postq̃ incepit peccare: neq̃ abstinere: sed vult semper perseuerare (aut inter-serit se) idest miscet se (actibus), i. operationibus.s.cum mala facimus.

Da gaudiorum præmia:
Da gratiarum munera.
Dissolue litis vincula:
Astringe pacis fœdera.

¶ Da p̃mia).i.remunerationes gau-diorũ ęternorũ (da mũera grãrũ).i. dona spũs scti (dissolue vincla litis).i.dissidia: vel disrũpe peccata odij (astringe).i.cõiũge (fœdera pacis) idest cõtubernia superna pacis.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad horas nocturnas die sabbato surgentibus nocte ad cã tandum. Petit (vt ardentes igne spiritus sancti) vitam tam æternam mereamur.

SVmme deus clementiæ,
Mundiq; factor machinæ,
Vnus potentialiter,
Trinusq; personaliter,

¶ Materia hui9 hymni est cognitio nem habere trinitatis in vnitate: & vnitatis in trinitate. Intẽdit etiã au tor rogare deũ: vt cingat lũbos no-stros cingulo castitatis (et adurat).i.inflãmet vel repleat corda nostra igne spiritussancti: vt casto corpore & mũdo deo seruire mereamur (O deus clementiæ) idest altę pietatis: & (o factor) idest cõpositor (machi-næ) idest structuræ mundi, tu dico (vnus potentialiter) idest in potẽtia secundum diuinitatem: & (trinus personaliter).i. trinus in personis.

Nostros pius cum canticis
Fletus benigne suscipe:
Quo corde puro sordibus
Te perfruamur largius.

¶ Et tu pi9 (ntũs ,p vctõ, suscipe be nigne (nr̃os fletus).i.lachrymas (cũ canticis).i.cũ hymnis vel laudibus (quo).p vt (fruamur te largius).i. amplius: & hoc (corde puro) idest mundo (sordibus) idest a vitijs.

Lumbos iecurq; morbidum
Adure igne congruo,
Accincti vt sint perpetim
Luxu remoto pessimo.

¶ Adure).i.accẽde (igne cõgruo).i. spũ sctõ lũbos nr̃os: et iecur).i.he-par. (morbidũ ad morbũ et pc̃tm̃ i-clinatũ. Et nota q̧ hæc tria iecur ce rebrũ: & lũbi cogũt hoiem peccare (vt sint accincti).i. lumbi sint casti contra libidinem (perpetim) idest semper (remoto pessimo luxu).i.in quo luxu remota sit pessima luxuria: & alia vitia sint procul.

¶Vt quiq;).i. quicūq; (cōcinēdo).i.psallēdo(rumpim9).i.dū vigilamus.s. diuidim9 horas noctiū (oēs ditemur) i.diuites efficiamur (affatim).i.abundāter (btę donis pñæ).i.beatitudine.s.patriæ cælestis.

Vt quiq; horas noctium
Nunc cōcinendo rūpimus
Donis beatæ patriæ
Ditemur omnes affatim.

¶Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad laudes matutinas die sabbato facta mentione lucis aduentantis. Petit illustrari diuina luce, vt fruamur cognitione dei post mortem.

¶Hymn9 iste cōtinuatꝰ supiori: ita nos rumpim9 horas noctiū: vt nos oēs ditemur.i.diuites sim9 in christo: & (ecce aurora).i.christ9 (iam spargit polum).i. illuminat corda hoim. Hortatꝰ ēt nos: vt taliter nos habeam9 in hoc sclo vel in mane: vt ad illud vltimū mane venire possimus, & audire mereamur.s. Venite bñdicti pñs mei &c. Nā finito mundi termino: pctōres perpetuę tenebris obscuritatis tradentꝰ. Fidelib9 vero & iustis, qui in hac vita nō sunt in nocte sed in luce: gloria & præmiū effluet: idest abūdanter clarescet, & hoc est quod precamur. Aurora).i. christ9 (spargit polū).i.illuminat mētes vel eccl'iam: & (dies illabitꝰ).i. immergitꝰ terris: & (spiculum).i pulchritudo vel aspect9 (lucis).i claritatis: resultat. & ideo oē lubricum) i.omnē pctm (discedat.s.a nobis.

Aurora iam spargit polū:
Terris dies illabitur,
Lucis resultat spiculum,
Discedat omne lubricum,

¶Phātasma).i phātasia vl' deceptio (noctis).i.diaboli (decidat).i.cadat vel ruat (reat9).i. culpa mentis (subruat).i.cadat a nobis (et qcqd horridū).i.deformæ culpę (nox).i. diabol9 l nocturna cogitatio (attulit).s.nob' (i tenebris cadat) a nobis.

Phantasma noctis decidat:
Mentis reatus subruat,
Quicqd tenebris horridū
Nox attulit culpæ, cadat,

¶Vt mane illud vltimū).i.iudiciū futurū vel claritas.i aduētus christi, qd mane (cernui).i.inclinati (pstolamur).i. speram9 vel spectam9 (effluat).i.eueniat nobis in lucem (dum hæc).i.nox (cōcrepat).i.resonat (canore).i.cantu vel laude.

Vt mane illud vltimum,
Quod pstolamur cernui,
In lucem nobis effluat:
Dū hæc canore concrepat,

¶Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur ad horas vespertinas die sabbato: qua iam sol tendit ad occasum. Petit diuino lumine illustrari; hortaturq; deum omni tempore laudare.

O Lux beata trinitas,
Et principalis vnitas,
Iam sol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.

¶ In hoc hymno materia sumit circa qualitatem tpis die recedente, & nocte adueniente. Intendit inuocare trinum deum in psonis: & trinitatem in vnitate: vt fundat in cordibus nr̄is lumē spūssancti: vt supplices laudare mereamur Deū .s. in psperis & in aduersis: & ita cōcedat nobis trāsire diē & noctē sine pctō: & sine impedimento Sathanæ: & hoc est. (O beata trinitas), i. o Deus: (lux). s. hominum vel mundi, vel angelorum: & (vnitas principalis). i. qui habet principatum super angelos: (sol) idest Christus igneus recedit a nobis iam, & ideo (infunde lumen) idest spiritum sanctum (cordibus nostris) idest in nostris sensibus: vt illud habere mereamur.

Te mane laudum carmine,
Te deprecemur vesperi,
Te nostra supplex gloria
Per cuncta laudet sæcula.

¶ Dico infunde spm̄ scc̄tm̄: vt deprecemur te: vt adiuues nos in principio vel (mane) idest tempore matutino (laudum carmine) sero, mane, meridie, & tota die debemus laudare Deum: & orare per singulas horas: scilicet cotidie & in omnib⁹ horis: & in omni tpe. Vnde ait ppheta. Vespere et mane meridie &c, (te deprecemur vesperi). i. in fine mundi (nostra supplex). i. humilis (gloria laudet te per cuncta sæcula). i. per oia sęcula, & hoc perpetue, idest sine fine.

¶ Carmen est dimetrum iambicum magna ex parte cacometrum. Canitur aduētus tpe: itaqꝫ & incarnationis christi & vtriusqꝫ Aduentus illius mentionem facit.

C Onditor almę syderum,
Aeterna lux credētium,
Christe redemptor omniū,
Exaudi preces supplicum.

¶ Materia hui⁹ hymni est de aduentu Christi: & de incarnatione eiusdem: quia deus descēdens de cælo se exinaniuit formā serui accipiens: et humiliauit se vsqꝫ ad mortem: & qualiter egressus est de honestissima clausula virginis: tanqꝫ sponsus de thalamo suo: cui spōte oia obediūt. s. cęlestia: terrestria & infernalia. Intendit etiā rogare deum vt p hāc incarnationem nr̄as preces exaudire dignet, & a sagitta diaboli liberare. O (cōditor alme) q es cōpositor (syderū). i. stellarꝫ: o (æterna lux credētiū). i. christianorū fideliū: o (xp̄e redēptor oīm) hoim. s. (exaudi pces supplicū). i. humiliū tibi supplicātiū.

Qui condolens interitu
Mortis perire sæculum,
Saluasti mūdum lāguidū,
Donans reis remedium.

¶Quo custode). s. Michaele (o christe piissime) idest fortissime (procul pelle) idest abiice longe (omne nefas (.i. omne peccatum (inimici). i. diaboli (& redde nos sola vel sancta clementia tuo paradiso) .i. in requiem tuā. nos dico factos (mundo corde & opere). i. tā in anima q̄ in corpore.

Gloriam patri melodis personemus vocibus;
Gloriam christo canamus: gloriam paracleto,
Qui deus trinus & vnus extat ante sæcula, Amen.

¶Ex quo custode. s. Michaele, Christ9) expellat a nobis lōge omne nefas inimici: & faciat nos mūdos corde & corpe, ideo (psonemus glīam p̄ri vocibus melodis) .i. dulcedinis vł dulcibus melodiis: & (canam9 glīam xp̄o). i ei9 filio: & canamus sił'r eadē qualitate (glīam). i. laudē & honorem (paracleto). i. sp̄ui sancto (qui extat). i. manet (de9 trinus) in personis (& vnus) in vnitate substātiæ (ante sæcula). i, ante oia sæcula. Amen.

¶ Carmen est saphicum mixtum adonico. Canitur in festo Angelorum, quorum auxilium petit.

CHriste sanctorũ decus Angelorũ/
Rector humani generis / & autor,
Nobis æternum tribue benignus
Scandere cælum.

¶ O Christe sanctorum decus angelorũ (sanctorum) dico ad differentiã malorum. Et nota q autor facit hic inuocationem ad omnes & singulos bonos angelos (rector humani generis: & autor: tu benignus tribue nobis scandere).i.ascendere (cælum).i.regnum æternum.

Angelum pacis Michaelem ad istam
Cælitus mittas rogitamus aulam,
Nobis vt crebro veniente crescant
Prospera cuncta.

¶ Rogitam9 mittas cælitus), i. dirigas (ad istam aulã (.i.ecclesiã Michaelẽ ãgelũ pacis: q nos placet deo. Quoties magna nũciãt a Deo, michael mittit, qñ vero maiora Gabriel mittit. vt Mariæ & Zachariæ. Ad medelã Raphael mittit: vt Thobię, ad hoc ergo mittai (vt cũcta pspa crescãt) veniẽte michaele archãgelo a deo (crebro).i. freqñt.

Angelus fortis Gabriel, vt hostem
Pellat antiquum, volitet ab alto
Sæpius templum veniens ad istud
Visere nostri.

¶ Gabriel interptat fortis ãgel9.i. fortitudo dei p qđ intelligit, q fortis fuit & potẽs ad defendẽdũ fortitudinẽ Diaboli: p virtutẽ scẽ crucis, & (Gabriel fortis angel9: volitet).i.volet (ab alto).i.cęlo (vt pellat antiquũ hostẽ).i.diabolũ. Gabriel dico (veniẽs sępius ad istud nrm tẽplũ visere).i.ad istã nrãm aiam siue ecclĩã assidue visitãdũ cõdolẽs miserijs pctõrũ.

Angelum nobis medicum salutis
Mitte de cęlis Raphaelem: vt omnes
Sanet ægrotos, pariterq nostros
Dirigat actus.

¶ O xpe mitte nobis angelum.s. Raphaelẽ: medicũ salutis nrę. Raphael interptat medicina Dei, & significat xpm, q tulit nob de cęlis medicinã cuius grã mũdati sumus ab omni pctõ: & liberati ab hoste antiquo (vt sanet).i curet nos omnes ægrotos).s.in mẽte (& dirigat actus nostros).i.nrãs opatiões prauas ad bonam operationem.

Hinc dei nostri genitrix Maria/
Totus & nobis chorus angelorum
Semper assistat: simul & beata
Concio tota.

¶ Et qa facim9 inuocationẽ angelorũ (Maria genitrix dei nri: & totus chorus ãgelorũ assistat semper (.i. omni tpe (nobis).s.oibus (& tota concio btã).i.exercit9 angelorũ: nobis assistat simul; vt isti intercedãt p nobis.

¶Beata deitas).s.patris (ac nati).i. filij: & spūssancti(pstet).i. tribuat nobis pariter(hoc).s.qd' prædictū est(gl'ia cuius spūs roboat).i. personat(omni mundo).i.in omnibus populis christianis. Amen.

Præstet hoc nobis deitas beata
Patris/ac nati/pariterq; sācti
Spūs/cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

¶Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur in festo omnium sanctorum: quorum omnium intercessionem pro nobis implorat,

¶Hic facit inuocationem ad omnes ordines angelorum, & deprecatur eos, vt ipsi adsint nobis: et a nobis omnia vitia repellant: et nos purificatos corde & opere ad cælestia regna perducant.

¶O christe redemptor omnium).s. fidelium (conserua tuos famulos) qui tibi famulantur: tu dico, placatus sanctis precibus beatæ Mariæ virginis &c.

¶O beata agmina cælestium spirituum) scilicet angelorum (pellite quoq;) .i.similiter (præterita mala) idest vitia præsenria & futura a nobis.

¶Vates).i.o vos prophetæ(ęterni iudicis).i.christi(o apl'i dn̄i exposcimus).i. deprecamur suppliciter saluari vestris precibus.

¶O martyres dei inclyti)·i. nobiles & electi (& confessores lucidi) idest casti: ferte nos in cælestib9 regnis vestris orationibus.

¶Chorus sanctarum virginum & oīm monachorū, facite nos christi consortes).i.participes cælestis rēgni cum omnibus sanctis.

¶Auferte(.i.remouete(gentē perfidam).i.infidelem de finibus credētium: & ad quid? (vt persoluamus alacriter) idest iocose Christo laudes debitas.

¶Gloria).i.laus sit)ingenito patri, eiusq; vnigenito)idest filio Iesu Christo (vna) .i pariter cum sancto spiritu: in sempiterna secula. Amen.

CHriste redemptor omniū,
Conserua tuos famulos/
Beatę semper virginis
Placatus semper precibus.

Beata quoq; agmina
Cęlestium spirituum,
Pręterita, præsentis,
Futura mala pellite.

Vates ęterni iudicis,
Apostoliq; domini,
Suppliciter exposcimus;
Saluari vestris precibus.

Martyres dei inclyti,
Confessoresq; lucidi:
Vestris orationibus
Nos ferte in cęlestibus.

Chorus sanctarum virginum,
Monachorumq; omnium/
Simul cum sanctis omnib9/
Consortes christi facite.

Gentem auferte perfidam
Credentium de finibus:
Vt christo laudes debitas
Persoluamus alacriter.

Gloria patri ingenito,
Eiusq; vnigenito.
Vna cum sancto spiritu
In sempiterna sc'la. Amen.

IEsu Saluator sæculi
Redemptis ope subueni:
Et pia dei genitrix
Salutem posce miseris,

¶ Hymn9 iste cõtinuaẽ supiori: sic dixi. O christe cõserua tuos famu-los: & bñ debes: qa redemisti nos. (O Iesu saluator sæculi subueni).i. succurre(redẽptis ope).s. tuo auxi-lio(& o pia dei genitrix: posce).i. impetra(salutem).s.animarum(mi-seris).s.nobis peccatoribus,

Cœtus omnes angelici,
Patriarcharum cunei,
Et prophetarum merita
Nobis precentur veniam,

¶ Oẽs angelici cœt9).i.oĩs angeloꝝ societas seu exercit9 (cunei).i.cho-ri siue sedẽtiũ ordines patriarchaꝝ (& merita ꝓphetaꝝ p̃centur).i.po-stulẽt vel impetrent (nobis veniã) idest indulgentiam peccatorum.

Baptista christi præuius,
Et clauiger æthereus,
Cum cæteris apostolis
Nos soluant nexu criminis,

¶ Baptista Ioães pręuius).i. p̃cur-sor christi (& clauiger).i. Petrus (æthereus).i.cælestis: cum cæteris apostolis(soluant nos nexu crimi-nis).i.a vinculis peccatorum.

Chorus sacratus martyrum:
Confessio sacerdotum:
Et virginalis castitas
Nos a peccatis abluat,

¶ Sacratus chorus.)idest sacer cœt9 martyrum:&(cõfessio sacerdotũ) idest iustorum(& castitas virgina-lis) idest virginum abluant nos a peccatis.

Electorum suffragia,
Omnesq; ciues cælici
Annuant votis supplicum:
Et vitæ poscant præmium,

¶ Suffragia)idest patrocinia electo-rum vel monachorum (& omnes cælici) idest cæli ciues: angeli (an-nuant)idest faueant(votis) i. p̃ci-bus: supplicum)idest humilum, vt (poscant)idest impetrent(p̃mium vitæ)æternæ scilicet.

Laus/honor/virtus/gloria
Deo patri & filio,
Sancto simul paracleto
In sempiterna scl'a. Amen.

¶ Laus honor virtus & gloria su-ple sit deo patri, & filio, simul san-cto paracleto in sempiterna sęcula. Amen.

¶ Carmen est, quale illud Primo dierum. Canitur in festo diui Martini: cuius laudes autor prosequitur,

REx christe Martini decus
Hic laus tua, tu illius,
Tu nos in hunc te colere:
Quin ipsum in te tribue.

¶ Autor cõmẽdat, & laudat deũ de cõuersione & habitu. btĩ Martini, quia hic paup et modic9, cęlũ diues ingredit: quia p constantiã fidei & cõfessionem trinitatis meruit fieri suscitator triũ mortuoꝝ, quoꝝ aię detinebanẽ clausę in inferno. Rogat itaq; dñm, vt sicut p cõfessionẽ sãctę trinitatis tres mortuos suscitauit ab inferno: ita suscitet nos a peccato:

& sicut induit pauperē parte suæ chlamydis: sic nos induat iusticiā. O chrē rex æterne: dec9).i.honor Martini(hic).i.Martin9 ē tua laus: tu es sal9 illi9 Martini, tu tribue nos colere te(in hūc).s.Martinū(quin).i.insuper(tribue nobis ipsum Martinum colere in te).s.christo.

¶ Tu qui das, q Martinus gemma existens p̄sulū).i.epoꝝ & sacerdotum(fulget).i.splēdet(p cardines).i.p angulos(orbis).i.per quatuor partes mūdi(da).i. cōcede, vt Martinus(soluat p ingēs meritū)nos.s.(quos graues culpæ).i.criminalia peccata (premunt).i.detinent.

Qui das per orbis cardines,
Qd' gēma fulget p̄sulum,
Da quos p̄mūt culpę graues
Soluat per ingēs meritum.

¶ En).i.ecce(hic).s.martin9 (paup) in diuitijs(& modic9).s. in persona corpis(diues)in v̄tutibus exeūdo de mūdo: īgredit̄ cęlū (cohortes).i. exercitus cæli: obuiāt ei (linguę).s. oēs (tribus).s. isrl'.i.iudæi (gētes).i.gentiles(ouant).i.applaudunt.

En pauper hic & modicus
Cælum diues ingreditur,
Cæli cohortes obuiant,
Linguę, trib9, gentes ouant.

¶ Vt).p sicut(vita)illius sic (transitus).i.obit9 eius(fulget).i.resplendet(cælis).i. in cælo (& aruo).i.in terra seu in mūdo: trāsit9 dico splēdid9, & ideo, quia fulget(piū ē gaudere cūctis).s.hoīb9: &(hic dies).i. hoc festū(sit salus cūctis).i oibus.

Vt vita fulget transitus,
Cælis & aruo splendidus:
Gaudere cunctis pium est:
Cunctis salus sit hic dies,

¶ Sit gl'ia trinitati).s.p̄ri, & filio et spūi sctō(vt(p sicut(Martinus cōfessus est).s.fide & ope(fidē cuius) .s.Martini(et ipse).s.deus(roboret in nos) idest in nobis.

Sit trinitati gloria,
Martinus vt confessus est:
Cuius fidem per opera
In nos & ipse roboret,

¶ In hoc hymno commēdat autor beatū Martinū p cōstātiā fidei ei9: quā habuit in suscitatiōe triū mortuoꝝ(O Martine par apl'is).i.ęqualis ī triū mortuoꝝ suscitatiōe: quia tres mortuos suscitauit, vt apl'i: & quia glob9 igneus.i. spūs sctūs descēdit sup eū(tu foue).i.resuscita a pctō: colētes tuū festū (qui vis viuere, aut mori discipl'is).i.ad vtilitatē discipl'oꝝ.quia nec mori timuit: nec viuere recusauit. Vn̄ & ipse effūdēs orōnē apd' dn̄m: ait. O dn̄e si adhuc ppl'o tuo sum necessari9: nō recuso laborē Fiat volūtas tua: & quia nec viuere, nec mori recusasti. ideo respice nos: vt tuis meritis & p̄cibus mūdo corde & casto corpe existētes, aulā cæli ingredi mereamur: sicut fecisti ī tpe tuo p̄latos ecclesię famlos.

MArtine par apostolis
Festū colentes tu foue:
Qui viuere discipulis
Vis aut mori nos/respice.

¶ O Martine fac).i.effice (nūc).i.in hoc p̄senti tpe.s.nos esse iustos:(qd' gesseras).i.feceras olim prędicādo (clarifica).i illumina(nunc p̄sules) .s.eccl'ię.i.p̄latos(auge decus eccl'ię:

Fac nunc, quod olim gesseras,
Nunc præsules clarifica:
Auge decus eccl'siæ:
Fraudes elide Sathanæ,

(elide).i.frange:vel reprime(fraudes sathanæ)idest Diaboli aduersarij.

Qui ter chaos euiſceras,
Merſos reatu ſuſcita,
Diuiſeras vt chlamydem,
Nos indue iuſtitiam,

¶Tu qui euiſceras).p euiſcerasti.i. euacuaſti(chaos).i.infernũ.(ter).i. tres mortuos ſuſcitaſti.Tu qui ter intraſti in infernũ reſuſcitãdo tres mortuos(ſuſcita nos merſos)idest mortuos(reatũ).i.culpa per pctm̃. primi parẽtis.ſ. Adæ & ,ppria culpa(vt).p ſicut(diuiſeras chlamydẽ pauperi).ſ.ſic indue nos iuſtitiam.

Vt ſpecialis gratiæ
Quondam recorderis tuæ,
Monaſtico nunc ordini
Iam pene lapſo ſubueni,

¶O Martine ſubueni).i. ſuccurre (monaſtico ordini).i.ordini monachorũ(iã lapſo).i.relapſo in pctis (pene).i.fere:& ad quid? vt recorderis quõdã tuæ ſpecialis gratiæ,

¶Carmen eſt dimetrum iambicum cacometrum,Canitur in feſtis Apoſtolorum, quorum poteſtatem à Chriſto traditam narrat,

EXultet cęlum laudibus:
Reſultet terra gaudijs:
Apoſtolorum gloria
Sacra canant ſolennia.

¶In hoc hymno facit autor inuocationẽ ad apl'os:vt ipſi pro nobis deprecenť:et ſuis precibus a nobis vitia repellãt: vt deus,veniẽtes ad iudiciũ,ne .p reatu nos puniat: ſed repletos æternis gaudijs faciat. Et nota,ꝙ dies iudicij non dicitur:ideo ꝙ tũc erit dies: ſed quia apparebũt omnia nota tanq̃ in die, (cælum).i. cæleſtis curia (exultet).i. gaudeat laudibus(terra).i.terreni.ſ.homines:reſultet gaudijs: homines dico(canant).i.laudent(ſacra ſolemnia)ideſt gloria apoſtolorum.

Vos ſæcli iuſti iudices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium,
Audite preces ſupplicum,

¶vos).ſ. apoſtoli(iuſti iudices ſæcli).i. ſcl'i(& vera lumina mundi) quia totus mundus illuminať prædicatione(precamur vos votis cordium).i precibus cordis(audite preces ſupplicum).i.humilium.

Qui cælum verbo clauditis,
Seraſq; eius ſoluitis,
Nos a peccatis omnibus
Soluite iuſſu,quæſumus,

¶Qui clauditis).ſ.pctoribus(cælũ ṽbo).i.ſermõe(et ſoluitis).ſ. bonis (ſeras).i. clauſuras ei9(q̃ſumus).i. precamur vos (ſoluite).i. abſoluite nos a peccatis oĩb9(iuſſu).i.pcepto.

Quorum præcepto ſubditur
Salus, & langor omnium,
Sanate ęgros moribus:
Nos reddentes virtutibus,

¶Precepto quorum)ſcilicet apoſtolorum(ſalus)ideſt ſanitas(& lãgor)ideſt infirmitas omnium hominum(ſubditur)ideſt ſubijtur(ſanate ægros).i. peccatores(morib9) .i.a prauis cogitatiõib9 & volũte mala peccãdi(reddẽtes nos ṽtu-

tibus).i.operationibus virtuosis. ¶Et rogamus vos: vt cum Christus iudex aduenerit in fine sæculi: faciat nos esse compotes sempiternis gaudijs.

Vt cum iudex aduenerit
Christus in fine sæculi,
Nos sempiternis gaudijs
Faciat esse compotes,

¶Carmen est, quale illud Primo dierum, Canitur in festis Apostolorum, quorum laudes enumerat.

¶Hymnꝰ iste cõtinuat̃ superiori.s. Exultet cęlũ laudibꝰ. Nos canẽtes debitas laudes xp̃o in honore apł'orum (canamꝰ lætis mẽtibꝰ).i. iocũdis (gł'ia).i.ad gł'iam apł'orũ (æterna munera).i.dona christi, quę sua pietate nobis largitus est.
¶Isti sunt principes eccł'iarum: isti sunt triũphales duces belli).i.triũphantes. Isti sunt (milites cælestis aulę).i.palatij: & sunt (vera mundi lumina) quia prędicatione illorum illuminatus est mundus.
¶Fides deuota sanctoꝝ).i.obediẽs (inuicta spes credẽtiũ: pfecta christi charitas).i.amor (triumphat).i. superat (principẽ mundi).i.diabolum. Vnde, venit princeps mundi huius, & in me nõ habet quicq̃.
¶Paterna gloria exultat in his).s. apł'is (voluntas spũsscti) exultat in his (filius exultat in his) quid dicã per singula? (cęlum replet̃ gaudijs) idest exultationibus.
¶O redẽptor q̃sumus te nunc).i.in p̃senti (vt iungas p̃cantes seruulos consortio ipsorum).s.apostolorũ (in sempiterna sæcula).i. in æternũ & in sæcula sæculorum.

Aeterna christi munera,
Apostolorum gloria/
Laudes canentes debitas/
Lætis canamus mentibus,

Ecclesiarũ principes/
Mundi triumphales duces/
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina,

Deuota sanctorum fides,
Inuicta spes credentium,
Perfecta christi charitas,
Mundi triumphat principẽ,

In his paterna gloria,
In his voluntas spiritus,
Exultat in his filius:
Cælum repletur gaudijs,

Te nunc redemptor, q̃sumus,
Vt ipsorum consortio
Iungas precantes seruulos
In sempiterna sæcl'a, Amen,

¶Carmen est asclepiadeum mixtum gliconico. Canitur in festis plurimorum martyrum,

¶In hoc hymno laudat autor deũ in cõmemoratiõe sctõꝝ martyrũ, qui mũdũ cũ põpis suis: & cũ vitijs & cõcupiscẽtijs suis dimiserunt, & spreuerũt. Vñ in terris laudãt. & in cœlis honorãt. Intẽdit itaq; rogare

Sctõrũ meritis inclyta gaudia
Pãgamꝰ socij gestaq; fortia:
Nã gliscit animꝰ p̃mere cãtuꝰ
Victorum genus optimum,

deum,

deum,vt nos ſuos famulos iungat conſortio ſanctorũ martyrũ.O ſocij pangamus).i.cantem9(inclyta gaudia).i.preclara meritis ſanctorũ(& fortia geſta).ſ.eorũ(nã animus gliſcit).i.cupit,vel gaudet(promere).i. laudare cum cantibus(optimum genus victorum)ideſt martyrum.

Hiſunt,quos retinens mũdus inhorruit
Ipſum,nam ſteriliflore per aridum
Spreuere penitus,teqꝫ ſecuti ſunt
Rex Chriſte bone cælitus.

¶Hi ſunt.ſ.martyres,(quos mũdus retinens).i.dũ viuerent in mundo (inhorruit).i. odio habuit(nam ipſi).ſ. martyres (ſpreuere penitus).i. omnino odio habuerũt (ip̄m).ſ.mũdũ(ꝑ aridũ).i.valde ſiccũ(flore ſterili).i.non fructuoſo (& ſecuti ſunt te cęlitus).i.diuinit9:o(xp̄e bone rex).i.q cęlũ,terrãqꝫ regis.

Hi pro te furias atqꝫ ferocia
Calcarunt omnia,ſæuaqꝫ verbera
Ceſſit his,lacerans fortiter vngula,
Nec carpſit penetralia.

¶Hi).ſ.martyres(calcarũt).i.ſuſtinuerũt, paſſi ſunt & vicerũt ꝑ te (furias).i.inſidias infideliũ (& ſęua verbera).i.crudelia vł ſæua.i. iniuſte illata,&(vngula).i. quoddam gen9 tormẽti(ceſſit).i.locũ dedit his martyrib9(lacerãs).i. puniẽs (fortiter).i.vltra quæuis tormẽta(nec(ꝓ nõ(ſed & nõ carpſit penetralia).ſ.martyꝝ vł apłoꝝ.i.nõ fuerũt fracta vł diuiſa eoꝝ viſcera, & hoc virtute dei:quia virt9 dei erat in eis,vel(nõ carpſit penetralia).i.intima eoꝝ,et nõ potuerũt tormẽtorũ gñib9 a ꝓpoſito ſctõ retrahi. ANTO. Calcarũt oĩa,lege tu calcarunt hoĩm,tum ex rõne verſus,tum ex veterũ librorũ ſcriptiõe Et expone ſic.Hi martyres calcarũt).i. ſub calcib9 habuerunt, deſpicatiqꝫ ſunt & expreuerunt(furias).i.furores (atqꝫ ferocia).i.fortia,ſiue furibũda(& ſæua verbera).i.immania ac crudelia flagra(hoĩm).ſ.Regũ minantiũ illos,Præſidum illos iudicantiũ,Carnificumqꝫ diuerſa tormẽtorũ gñã in eos exercentiũ.Quæ oĩa(ꝑ te).i.ꝓpter legem tuam,libentiſſime & abſqꝫ vllo mortis timore ſubſtulerunt.

Cæduntur gladijs more bidentium:
Non murmur reſonat: nõ q̃rimonia:
Sed corde tacito mens bene conſcia
Conſeruat patientiam.

¶Ipſi cædunt̃).i. iugulãt (gladijs).ſ. crudelibus (more bidẽtiũ).i.cõſuetudine ouium (murmur eorum non reſonat : non q̃rimonia).i. lamentatio nõ audit̃(ſed mẽs bñ cõſcia).i.boni meriti(conſeruat patientiã tacito corde)quia fortes, patientes, & firmi erant pro fide chriſti in bello.

Quæ vox, quę poterit lingua retexere,
Quæ tu martyrib9 munera p̄paras?
Rubri nam fluido ſanguine laureis
Ditantur bene fulgidis.

¶Et quia omnia hęc pro chriſti nomine patiebantur,igit̃ q̃ vox & q̃ ligua poterit retexere).i dicere:vł explicare(munera).i.dona q̃ tu martyrib9 p̄paras(nam ipſi rubri).i.rubei(fluido).i.fluẽte

ſanguine(ditantur).i.coronantur(laureis)ideſt coronis bene ſulgidis.

¶O ſumma deitas nos ſupplices).i. hũiles(po ſcimus).i. rogamus te (vt abluas).i.deleas(cul pas noſtras).i. peccata noſtra (& ſubtrahas noxia)ideſt ipſa pecca ta a nobis: & des pacẽ famulis tuis(quoq;).i.ſimiliter (nos) omnes.ſ. (demus gloriam tibi) ideſt ad honorem tuum per cuncta ſæcula. Amen.

Te ſumma deitas vnaq; poſcimus,
Vt culpas abluas/noxia ſubtrahas:
Des pacẽ famulis/nos quoq; gloriam
Per cuncta tibi ſæcula, Amen.

¶Carmen eſt, quale illud Primo dierum Canitur in feſto martyrum,

¶Materia huius hymni eſt inuoca re regem martyrum, vt dirigat ad nos aures ſuæ clæmentiæ, & quod delinquim⁹ propter merita ſancto rum, in quorũ commemoratiõe p̄ſens hymnus cantatur, parcere vel ignoſcere dignetur. O gl'ioſe rex martyrũ corona).i.brauium & merces cõfitentium nomẽ tuum: (q̇ per ducis reſpuentes terrena, ad cæleſtia regna. ANTO. Qui reſpuẽtes terrena immo terrea: nam alias nõ ſtaret verſus, vt ſuperius in proœmio operis huius videre licet.

REx glorioſe martyrum,
Corona confitentium,
Qui reſpuentes terrena/
Perducis ad cæleſtia.

¶Tu appone aurẽ tuam benignam (protinus)ideſt ſtatim noſtris vo cibus, & ignoſe quod delinquim⁹ (qui pangimus ſacra trophęa).i. victorias martyrum.

Aurem benignam protinus
Appone noſtris vocibus:
Trophęa ſacra pangimus:
Ignoſce, quod delinquim⁹.

¶Tu vincis ſæuiciam tyrãnorum in martyribus parcendo confeſſo ribus)quia non vis, vt per marty rium finiant vitam ſuã (tu vince) ideſt deſtrue(nr̃a crimina).i. mala & pc̃tã nr̃a(donãdo nobis indulgẽ tiã(quia tu nõ vis mortẽ pc̃tõris.

Tu vincis in martyribus,
Parcendo confeſſoribus:
Tu vince noſtra crimina,
Donando indulgentiam.

¶Carmen eſt, quale illud Primo dierum. Canitur in feſto vnius martyris: cuius laudem narrat.

¶O deus tu ſors) ideſt pars (tuo rum militum) ideſt hæreditas, vn de Dauid Dominus pars hæredita tis meæ (& corona & præmium) quia tu ſecundum meritum tri buis mercedem (abſolue nos nexu

DEus tuorum militum
Sors: & corona præmiũ:
Laudes canentes martyris
Abſolue nexu criminis.

criminis) idest laqueo peccatorum, nos dico (canentes laudes martyris) scilicet huius: cuius hodie festum celebratur.

Hic nempe mundi gaudia,
Et blandimenta noxia,
Caduca rite deputans,
Peruenit ad cælestia.

¶ Hic martyr deputans) idest iudicans vel æstimās (rite) .i. recta gaudia mundi (& blandimenta noxia & caduca) supple esse (peruenit nēpe) idest certe ad cælestia regna.

Pœnas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter,
Pro te effundēs sanguinem,
Aeterna dona possidet.

¶ Et ipse fortiter) idest constans forti animo (pœnas) .i. tormenta huius mundi (cucurrit) .i. festinanter transiuit (& sustulit) idest sustinuit illas pœnas viriliter effundens sanguinem suum, & ideo possidet æterna dona.

Ob hoc præcatu supplices
Te poscimus piissime,
In hoc triumpho martyris
Dimitte noxam seruulis.

¶ Ob hoc) idest propter hoc: quia sanguinem fudit: o piissime pater (nos supplices poscimus te) idest precamur te (precatu) idest precibus humilibus (in hoc triumpho) idest in hac victoria martyris (dimitte noxam) idest culpam seruulis.

¶ Materia huius hymni est, vt relictis delectationibus & vanitatib9 huius sæculi bona opera exercendo Deum consequamur.

MArtyr dei, qui vnicum
Patris sequendo filium,
Victis triumphās hostibus,
Victor fruens cælestibus:

(O martyr dei) qui fuisti victor victis hostibus, tu dico triumphans sequendo vnicum filium, patris es modo fruens cælestibus bonis.

Tui præcatus munere
Nostrum reatum dilue:
Arcens mali contagium,
Vitæ remouens tædium.

¶ Et quia tantis bonis frueris dilue) idest extingue (reatum) idest peccatum nostrum, tu dico (arcēs contagium mali) idest diaboli (remouens tædium vitæ) .s. famem: sitim: nuditatem: frigus: scilicet donando nobis temporalia necessaria in hoc mundo.

Soluta sunt iam vincula
Tui sacrati corporis:
Nos solue vinclis sæculi
Amore filij dei.

¶ Et quia vincula tui sacrati corporis sunt iam soluta a nexibus huius sæculi dissoluti: & es cum Christo: sic & solue nos a vinclis sæculi) idest absolue nos a peccatis nostris, tuis precibus, & hoc amore filij Dei.

¶ Carmen est, quale illud Nocte surgentes. Canitur in festo Confessorum.

¶Materia huius hymni est, q totis virib9 deum sup oia laudare debem9. Intēdit etiā autor in hoc hymno tractare de ascensiōe illi9 cōfessoris, ī cui9 memoria pręsens hymnus totis laudibus celebratur.

Iste confessor domini sacratus/
Festa plebs cuius celebrat per orbem/
Hodie lætus meruit secreta
Scandere cæli.

Iste cōfessor domini sacratus: a dño (lætus). i. exultās (meruit hodie). i. in hac die (scādere). i. ascendere (secreta cæli). i. ad cælos (festa cuius). s. sancti (plebs) deuota. s. celebrat per totum orbem. ¶ANTO. Hoc die lætus legit: pro quo legebatur hodie lætus: vt sit troche9 in primo loco: & non pyrrhichi9: si hodie legatur, Legit etiam sacrata & non secreta.

¶Qui). s. confessor fuit pius. i. sanctus & misericors: immo erga deū religiosus, & præceptorum suorum obseruātissim9 (prudens). i. prouidēs & sapiens circa diaboli, mundi, atq; carnis irritamenta (humilis). i. non superbus, cui animæ facilitas erat omnis expers iracundiæ (pudicus). s. in verbis (sobrius) in cibis (castus). s. in corpore & in anima (& quietus). i. tranquillus (dum). i. donec (vegetauit). i. nutriuit (artus). i. membra corporis eius (præsens vita). i. quando erat in hoc sæculo.

Qui pius, prudens, humilis, pudicus,
Sobrius, castus, fuit & quietus:
Vita dum præsens vegetauit eius
Corporis artus.

¶Ad sacrum tumulū cuius). s. confessoris (membra languentum). i. ęgrotantium (restituunt modo). i. in præsenti (sanitati). i. saluti (frequenter). i. cum frequentatione (quolibet morbo). i. a quacunq; infirmitate illa membra fuerint grauata.

Ad sacrum cuius tumulum frequenter
Membra languentum: modo sanitati
(Quolibet morbo fuerint grauata)
Restituuntur.

¶Vnde nunc noster chorus). i. nostrorum fratrū (canit hunc hymnum in honore ipsius). s. confessoris) libenter). i. voluntarie, & ad quid canim9? (vt iuuemur pijs meritis). i. patrocinijs & orationibus eius (per omne æuum) idest per cuncta sæcula.

Vnde nunc noster chorus in honore
Ipsius: hymnum canit hunc libenter:
Vt pijs eius meritis iuuemur
Omne per æuum.

¶Sit laus). i. glīa (dec9). i. honor (atq; virtus). s. semper erit illi deo (q residens supra cacumen). i. supra altitudinē cæli (trinus) in personis (& vn9) in essentia (gubernat machinam). i. fabricam totius mundi.

Sit laus illi, decus atq; virtus,
Qui supra cęli residens cacumen/
Totius mundi machinam gubernat
Trinus & vnus. Amen.

¶Carmen, est quale illud Primo dierum. Canitur in festo virginum; in quarum laude versatur.

IEsu corona virginum;
Quem mater illa concepit,
Quę sola virgo parturit,
Hæc vota clæmens accipe.

¶In hoc hymno laudat autor deū ī cōmorōe sctāꝝ ỽginū: q̄ domādo fragilem sexū meruerūt scādere secreta cæli. Rogat itaqꝫ deū, vt nesciamꝰ vulnera corruptiōis. O Iesu corona ỽginū quē).s.mr̄ illa mirabilis(cōcepit).s.sctā Maria(quę sola).s.mr̄ inter alias ỽgo parturit tu clæmens(accipe).i.suscipe(hæc vota nr̄a).i.has p̄ces.¶ANTO. Quē mr̄ illa cōcipit, sic legēdū p̄cipit, nō cōcepit,& est p̄sens ꝓ præterito, ex ratione carminis:qd' non recipit spondeum vel trocheum in quarto loco.

Qui pascis inter lilia,
Septus choreis virginum,
Sponsus decorans gloria,
Sponsisqꝫ reddens pręmia.

¶Tu qui pascis).i.lætaris(inter lilia).i.bona opera(septus)idest circundatus(choreis) idest ordinibꝰ virginum:& es(decorans) idest coronans(sponsus gloria & reddens sponsis præmia.

Quocunqꝫ pergis, virgines
Sequuntur, atqꝫ laudibus
Post te canentes cursitant,
Hymnosqꝫ dulces ꝑsonant,

¶Quocunqꝫ)idest ad quemcunqꝫ locum pergis:ille ỽgines sequūtur te:atqꝫ canentes(cursitāt)idest currunt post te laudibꝰ(qꝫ)pro &(ꝑsonant)idest valde sonāt ille virgines(dulces hymnos).i.laudes.

Te deprecamur largius
Nostris adauge sensibus,
Nescire prorsus omnia
Corruptionis vulnera,

¶Et quia virgines personant tibi laudes p̄camur te(adauge largius) idest augmēta amplius nostris sensibus:& (da prorsus) idest omnino nobis omnibus nescire vulnera corruptionis.

¶Carmen est, quale illud Nocte surgentes. Canitur sicut superius in festis sanctarum virginum.

VIrginis proles, opifexqꝫ matris,
Virgo quē gessit:pepitqꝫ ỽgo,
Virginis festū canimꝰ trophęum,
Accipe votum.

¶Materia huiꝰ hymni est canere deo laudes:& seq vestigia eius. Cōmemoratio sctārū virginū agit in isto hymno(O proles).i.o fili Mariæ ỽginis,& o(opifex).i.creator mr̄is, quē.s.te(virgo).s.Maria(gessit) .i. portauit (virgo).s.Maria peperit).i.parturit(nos canimus festum virginis trophæum).i. victoriam,& ideo(accipe).i.suscipe(votum)idest preces nostras.

Hæc tua virgo duplici beata
Sorte, dum gestit fragilē domare
Corporis sexū, domuit cruentum
Corpore sæclum.

¶Hæc tua ỽgo est beata duplici sorte).s.castitate: ỽginitate & martyrio) dum gestit).i.desiderauit (domare) .i.macerare). fragilē sexū).i. fœmineum:quia sexus fragilis est,& illa(domuit).i.deuicit(cruētū).i.sanguinolentum vel crudelē sæclum.i.diabolum corpore.

¶Vnde quia domuit fragilẽ sexũ.s.corp9 suũ(nec) ꝓ & nõ fuit(pauescens).i. timẽs mortẽ(nec sęua gñã pœnarum nec fuit amica mortis).i. diaboli vel peccati,& ideo (sanguine fuso).i.cõsumato martyrio:ipsa virgo(meruit scandere).i.ascendere) secreta cæli).i.ad cælos.ANTO.Secreta scandere cæli, castiga tu sacrata, vt stet versus.Secreta enim prima producit: essetq; spondeus in quarta sede:cum debeat esse in quarto loco trochęus.

Vnde nec mortẽ,nec amica mortis
Sæua pœnarũ genera pauescẽs/
Sanguine fuso meruit secrata
Scandere cæli,

¶Et qa meruit scandere cælũ o alme de9(parce iam culpis).i.peccatis(obtẽptu).i. prece vel oratione hui9 virginis vitia remittẽs)quo)pro vt)nos puri).i.casti (resonem9 almũ hymnum).i.canticum.i.cantemus sanctam laudem (tibi).i. ad honorẽ tuum.Gloria tibi domine qui natus.

Huius obtẽptu deus alme nostris
Parce iam culpis vitia remittens:
Quo tibi puri resonemus almũ
Pectoris hymnum,

¶Carmen est cocometrum quale illud lustra sex.Canitur in dedicatione ecclesiæ.

¶In hac cõmorõe cęlestis Hierl'm autor laudat deũ: q hoc sacro templo infundit iugiter suã bñdictionẽ qua propter rogare deũ debem9:vt in hoc templo sctõ suo oẽs ꝓmereamur acqrere æterna bona,& adepta cũ suis sctis perẽniter possidere.
¶Hierl'm btã vrbs).i.ciuitas cælestis cõstituta vel constructa de aĩabus sctõrũ:q sunt viui lapides(est dicta).i.interp̃tata visio pacis (q̃) hierl'm (cõstruit in cælis ex viuis lapidib9).i.sctis animabus , illa dico vrbs beata hierusalẽ(coornata(.s.angelis(vt spõsata).i.sponsa (comite).i. sponso,idest sicut mulier ornata est viro.i.sponso:ita ecclesia christo.

VRbs beata hierusalẽ dicta pacis visio:
Quę cõstruit̃ i cęlis viuis ex lapidib9,
Et angelicis coornata,vt sponsata comite,

¶Ista noua spõsa).i. sctã ecclia(veniens e cælo).i. xp̃o.ista dico(præparata nuptiali).i. ṽginali thalamo).i.lecto vl'lauacro baptismatis(vt).ꝑ sicut(spõsata copulet̃).i.cõiungat̃(dño platęę).i.virę.s. ꝑfecti ãbulãtes in vijs dñi(& muri).i.p̃dicatores illi9 spõsæ sũt(ex auro purissimo).i.ex splẽdore sctõꝝ,q splẽdidi efficiunt̃ vt aurũ purissimũ.

Noua veniens e cælo nuptiali thalamo
Pręparata, vt spõsata copuletur dño
Platęę,& muri ei9 ex auro purissimo,

¶Lapides i.sctimartyres (expoliti).i.aptati ad ędificãdũ(tunsiõib9).i.ꝑcussiõib9 & afflicti(p̃ssuris).i.tribulatiõib9.Sicut lapides in muro sunt ædificati:ita aĩæ sctõrũ sunt ordinatę in ꝑadiso(q;).ꝑ &(aptãt).i.ordinãt:vl'disponunt̃ suis locis(ꝑ manus artificis).i. ꝑ manus filij dei,lapides dico(ꝑmãsuri sacris ędificijs).i. cælestibus ędificijs.

Tunsionibus/pressuris expoliti lapides
Suisq; aptant̃ locis ꝑ manus artificis,
Disponunt̃ permãsuri sacris ędificijs:

Portæ nitēt margaritis aditis patētib9, Portæ.s. illi9 tēpli(nitent .i.splendēt (margaritis).i. ṽtutibus(aditis).i. limin,
Et virtute meritorū illuc introducitur bus vl' itroitu(patētib9).s aptis(oīs).i.chrianus)qui
Oīs, q.p xp̄i noīe in hoc mūdo p̄mit,

xp̄i nomine p̄mit).i.cruciat(in hoc mundo).i.in hoc sæculo (introduci tur illuc).i.in cœlestē hierl'm(virtute meritorū).i.bonorꝫ operū suorū.

Angularis fundamētū lapis xp̄s missus est, ¶Chr̄s dr̄ lapis āgula
Qui cōpage parietis in vtroqꝫ nectitur: ris,quia a Iudęis fuit
Quē sctā Siō suscepit:in q̄ credēs p̄manet. reprobat9. Vn̄dauid Lapidē quē reproba rūtędificātes &c. Tn̄

duos p̄los ī unū cōiūxit.s.iudaicū & gētilē(q).s.xp̄s fili9 p̄duxit nos ad ętnā btitudinē(sūmi regis).i dei p̄ris(xp̄s fūdamētū toti9 eccl'ię:missus ē a p̄re.vl' fact9 ē lapis āgl'aris(q lapis nectit).i.cōiūgit)cōpage).i.cōiun⸗ ctiōe parietis(ī vtroqꝫ).i.ī duob9 pp̄lis.s.ī iudaico & gētili(quē).s.xp̄m (Siō suscepit)Sctā Siō interp̄taī eccl'ia vl' speculatio(in quo).s. xp̄o: vel eccl'ia)credēs).i.chrian9,q credit(p̄māet)firmiter stat.s.ī fide sctē eccl'ię.

Oīs illa deo sacra & dilecta ciuitas ¶Oīs illa ciuitas).i. ecclesia
Plena modulis ī laude canore iubilo militās(deo).i.ad honorem
Trinū deū vnū q̄.p cū fauore p̄dicat. dei (est sacra).i. sacrata (& dilecta).i.amata a dō(et ple na modulis).i. cātilenis āge

lorꝫ ī laudē dei(& canore).i.cātu,vl'(canore iubilo).i.duplici exultatiōe. Iubil9 est gaudiū illd':qd' est interi9 in hoīe:qd' oīno nō pōt referri, nec oīno tacet præ animi exultatiōe,& sctā eccl'ia(p̄dicat trinū deum).s.in personis(quoqꝫ) p & vnū in substātia vl'essentia(cū fauore).i. cū p̄ce.

Hoc in tēplo sūme de9 exorat9 adueni, ¶O summe de9 exorat9)
Et clemēti bonitate precū vota suscipe, .s.a nob.i. tu deprecatus:
Largā bn̄dictionē hic infunde iugiter. (adueni) p̄ grām (in hoc tēplo).i.in ista eccl'ia(& suscipe vota) i.preces vel

orōnes deuotas(p̄cū).i.rogātiū te(clemēti bonitate).i.tua mia vl' pieta te(infunde).i.immitte(hic iugiter).i.p̄enniter vl' assidue largā bn̄onē.

Hic p̄mereantur oēs petita acquirere: ¶Hic).s.in sacra ecclesia:
Et adepta possidere cū sctis perēniter: vl'(hic).i.in isto loco⸗cō
Paradisum introire translati in requiē. gregatio oīm fideliū vel oēs fideles (p̄mereant).i. mereantur(acquirere).i.

adipisci &(obtinere petita).i.iustas & sctās suas petitiōes (& mereant possidere).i.retinere(perenniter),i.perpetuo(adepta).i.p̄cibus suis ac⸗ quisita:& mereāt(introire).i.ingredi(paradisum).i.cęlū)cū sctis).i.iu stis.fideles dico?(trāslati in requiem).i.in gaudiū sempiternum. Amē.

Carmē ē dimetrū iābicū cacometrū.Canit in fes.btę Marię mag. ad vesptias hor̄,Mēorat quēadmodū pœnitētia ducta:āte xp̄i pe des illictorū suorū veniā cōsecuta ē adeo vt ip̄m resurgētē a mor tuis prima videre meretet,Eāqꝫ exorat,vt p nobis stet aduocata.

¶Materia p̄sentis hymni est laudare deū in conuersiōe Mariæ magdalenæ: cui9 habitū & cōsuetudinē p̄teritā tā git gl'iosam cōuersionē ei9 celebrādo: narrat ciñ autor quēadmodum prius peccatrix: & fere iā ab ipsa fauce tartari detēta redit ad vitæ ianuā p̄ lamēta pœnitētiæ & lachrymaꝝ affluē tiā: cui9 cōuersionē imitātes pc̄tōres, ad ei9 btitudinē p̄uenire merebūt (o mr̄ eccl'ia).i.o fidelis cōgregatio chr̄ianoꝝ (lauda).i.verbis extolle, (clemētiā).i.miam xp̄i (qui purgat).i.emūdat & extirpat ex Maria magda.(septē vicia).i.septē pc̄tā mortalia: & hoc (p̄ septiformē grām).i.p̄ septē dōa spūsc̄ti, q̄ sūt sapiētia, itellect9, cōsiliū, fortitudo, sciētia, pietas & amor, vl' dic p̄ septiformē grām.i.p̄ septē v̄tutes q̄ opponūt pc̄tis, vt hūilitas supbię, & castitas luxurię, & diligētia accidiæ, & sic de singl'is.

LAuda mater ecclesia,
Lauda christi clemētiā:
Qui septem purgat vitia
Per septiformem gratiā.

¶Declarat qualis fuerit ante cōuersionē: & qualis effecta sit post: dicēs) Maria).s.magdalena, a magdalo castro cognoīata, et dicta est Maria.q.amarum mare: et magdalena.q.manens rea, hoc aperiet cathalog9 sc̄tōrū (soror Lazari q̄ cōmisit tot crimina).i.tanta & tam inhonesta genera peccatorū qd̄ (amisso noīe) peccatrix dicebatur: & sic cognoscebat (redit ad premia).i.ad dona, vel limina (vitæ).s.æternæ: & hoc (ab ipsa fauce tartari.

Maria soror Lazari,
Quę tot cōmisit crimina.
Ab ipsa fauce tartari
Redit ad vitæ premia.

¶Fit).s.Maria magdalena phiala).i. vas aureū p̄ciosū: quo vt habet Exod. xxv. offerebant odoramēta i tēplo (ex lebete).i.ex vase illo, p̄ qd' ei9 pc̄tā designant, quia lebes olla ænea ē, seu vas coq̄ndi aliquid sup̄ ignē (& hoc post scandala).i.post peccata scandalosa (carnis fluxæ).i.fragilis & sporcissimæ (translata in vas gloriæ) i. in habitaculū dei) de vase cōtumeliæ (.i. malitiæ & lutulentissimi peccati.

Post fluxæ carnis scandala
Fit ex lebete phiala:
In vas translata gloriæ
De vase contumeliæ,

¶Aegra).s.Maria mag.i.infirma pondere pc̄tōrū (currit ad medicū).s.xp̄m: quia vitæ pristinæ nō sustinuit detrimentū. sed afflata sc̄tō spū iuit ad domū Simōis leprosi (ferēs vas aromaticum).i.plenum vnguenti nardi pistici p̄ciosi, aromatic9.a.ū.ab aroma.tis.grece descēdit, qd' latine sonat odoramentū ex specieb9 odoriferis cōfectum (& curat).i.sanat (a multiplici morbo).i.ab immūdissima peccatorū lepra & hoc (voce).i.per vocē) medici) quia dixit Iesus, remittuntur ei peccata multa: quia dilexit multū.

Aegra currit ad medicum
Vas ferens aromaticum:
Et e morbo multiplici
Voce curatur medici.

¶Vnctio cōtriti cordis).s.ipsius Magdalenæ pungentis dn̄m (cū fluuio).i. abūdācia lachrymarū: & (actio pietatis).i.act9 vl' demōstratio pietatis siue exercitiū: quia deuotis lachrymis cepit rigare pedes dn̄i & capillis ter-

Contriti cordis vnctio/
Cum lachrymarū fluuio/
Et pietatis actio/
Ream soluit a vicio,

gere(soluit) zeugma est ab inferiori, nam hoc verbum respondet supra dictis noiatiuis, soluit dico.i.absoluit(ream).i.Magdalenam peccatricē (a vitio) idest a peccato.

Surgentem cum victoria
Iesum vidit ab inferis:
Prima meretur gaudia,
Quę plus ardebat cæteris.

¶ Diximus ꝙ per affluentiā lachrymarum & magnam contritionem curata fuit a medico, declarat autē q̃tum valuēre lachrymæ illæ. s. ꝙ prima vidit Iesum. s. post Mariam matrem (resurgentem ab inferis cū victoria). s. propter spolium animarum sanctarum expectantium eius aduentum: & quia (ardebat plus cæteris). s. discipulis domini Iesu (meretur prima gaudia(. s. resurrectionis dominicæ, & poterit esse prima: tam nominatiuus q̃ accusatiuus.

Vni deo sit gloria
Pro multiformi gratia:
Qui culpas & supplicia
Remitit, & dat præmia.

¶ Et quia Christus remisit tot tantaq; peccata Mariæ Magdalenæ, vt daret fiduciam peccatoribus sperādæ pietatis (gloria sit vni deo pro sua gratia multiformi) .i. infinita) qui remittit culpas & etiam (supplicia).i. tormenta, siue pœnas debitas pro peccatis (& dat premia) .i. recte conuersis peccatoribus concedit gloriam æternam, hoc est seipsum, cuius fruitio est gloria æterna.

¶ Carmen est dimetrum iambicum cacometrum. Canitur ad horas vespertinas in festo beatæ Annæ matris Mariæ genitricis dei, Narrat quemadmodum diuino nutu concepit, & peperit gloriosissimam virginem Mariam.

CLara diei gaudia
Decantet nunc ecclesia,
In Anna dei famula,
Pangens cæli miracula.

¶ Totus hic hymnꝰ tractat de laudibꝰ beatæ Annæ pręcelsæ genitricis dei Mariæ matris: cuius genealogiam a regibus & sacerdotibus tangit, eiusq; vitæ statum demonstrat, dicēs quod matrimonio fœlici nupta fuit nobili viro Ioachim primum, ex quo progenuit Mariā matrem redemptoris, & post eius obitum: annuente domino, habuit alterum: cuius nomen Cleophas, ex quo habuit alteram Mariam matrem Iacobi minoris: & Simonis & Iudę: deinde habuit tertium virum, qui fuit Zebedeus: ex quo habuit Mariam matrem Ioannis euangelistæ: & Iacobi maioris. Itaq; per eius intercessionē petit nobis autorē omniū reddi propicium, dicens (ecclesia decantet nunc gaudia clara diei). s. huius præsentis festiuitatis anniuersariæ diuæ Annæ (pangens) .i. decantans (miracula cæli). s. esse completa (in Anna famula) .i. serua dei.

Anna regum progenies,
Et sacerdotum series,
Stirpem illustrem patribus
Suis donauit actibus.

¶ Laudat eam a genere & ab operibus: quibus genealogiam suam decorauit Anna: appositiue) progenies (regū) .i. descēdens a genere regum: & existens caput generationis regis regū (& series) .i. ordo & discursus sacerdotū & patriarcharum (donauit suis actibus) .i. suis operibus & meritis sanctis dedit, (vt decebat semper orationibus & ieiunijs insistendo (patribus) .i. suis antecessoribus (stirpem) .i. filiam Mariam (illustrem) .i. nobilem, non enim prima visa est, nec habere sequentem.

Nupta dei iudicio
Fideli matrimonio;
Iuxta verbum angelicum
Fructum concepit celicum.

¶ Nupta) .i. coniugata fuit Anna (iudicio dei) .i. diuina volūtate (matrimonio fideli) .i. debita castitate celebrato cui pctm deest: vt ait Beda (concepit fructū celicum) .i. Mariā reginā cælorum (iuxta verbum angelicum) dixit enim angelus Anna, ecce Ioachim vir tuus, ex quo concipies: vestras enim preces deus exaudiuit.

Infœcunda pro tempore,
Prole marcescens corpore,
Sed iam per patrē luminū
Parit reginam virginum.

¶ In fœcunda) .s. fuit beata Anna .i. sterilis (pro tempore) .s. aliquo & multo suæ ætatis, vel gratia temporis .i. senectutis suæ (marcescens) .i. marcida vel exsiccata (ple) .i. quo ad prolem (corpore) .s. exsiccato: cuius causa pontifex despexit Ioachim: quia non reliquerat prolem in Israel iam senex (sed per patrem luminum) .i. gratia patris luminum, hoc est dei omnipotentis (parit iam reginam virginum) idest virginem Mariam, virginum decus egregium.

Obtentu Annę filia
Maria plena gratia:
Nobis autorem omnium
Reddat semper propicium.

¶ Petit beatę Annę intercessionem apud deum dicens (Maria filia plena gratia reddat) .i. efficiat nobis (autorem omnium) .i. deum omnipotentem (propicium) .i. mitem & misericordem: & hoc (obtentu) .i. interuentione Annæ .s. matris suæ.

Sit laus paterno lumini
Sit filio vel flamini:
Qui nos per Annę meritū,
Cæli transducat aditum.

¶ Laus sit paterno lumini) .i. deo patri & (filio vel) idest etiam (flamini) idest spiritui sancto (qui) .s. deus trinus & vnus (transducat) accipe simplex verbum solum & dic, (ducat nos trans aditum cæli) idest intra ipsum cælum (per meritū Annæ) .s. matris Mariæ genitricis dei. Amen.

¶ HYMNORVM LIBELLVS
Fœliciter explicitur.

TABVLA
HYMNORVM TABVLA
AD PROMPTIVS INVENIENdum hymnos per ordinem Alphabeti & foliorum numeros.

¶Deo gratias.